[redacted]

QUA RATIONE
CAESAR IN COMMENTARIIS
LEGATORUM RELATIONES ADHIBUERIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

UNIVERSITATIS WIRCEBURGENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GUILELMUS EHRENFRIED

NICROSULMENSIS.

WIRCEBURGI

TYPIS ET SUMPTIBUS STAHELIANIS.

MDCCCLXXXVIII.

Stahel'sche Verlags-Anstalt in Würzburg

Königlicher Hof- und Universitäts-Verlag.

AMICO CARISSIMO

FRANCISCO DREHER

PAROCHO ET COLLEGAE

OPUSCULUM DEDICAT

AMICUS.

AMICO CARISSIMO

FRANCISCO DREHER

PAROCHO ET COLLEGAE

OPUSCULUM DEDICAT

AMICUS.

Qua ratione Caesar in commentariis de bello Gallico et bello civili scribendis legatorum relationes adhibuerit. Accedit quaestio de septimo de bello Gallico commentario.

Saepe parvis momentis magni casus intercesserunt (Caes. b. civ. I 21, 1).

C. Iulii Caesaris de bello civili commentarios tam corruptos tamque interpolatos traditos memoriae esse, ut, etsi plurimi in eis corrigendis elaborarunt atque etiam elaborabunt, nunquam plane refici possint, constare inter omnes videtur. itaque haud pauci fuerunt, qui hanc gravissimam atque adeo solam esse causam statuerent, cur commentarii de b. c. commentariis de b. g. elegantia quadam scribendi essent et diligentia postponendi. sed licet omnes loci corrupti emendari possint, tamen accuratius quodam modo et politius commentarios de b. g. quam de b. c. semper inveniemus confectos[1]). atque in ipso hoc libello primum et

[1]) Cf. pag. 22 adnot. 2. — *Teuffel*, Gesch. der röm. Lit. 4 p. 362, 10: Die drei Bücher des bellum civile sind unverkennbar schwächer, sie sind flüchtiger gearbeitet und enthalten manche unzweifelhafte Nachlässigkeiten und Unrichtigkeiten. — *Möhring*, Quaest. Caesarianae, Kreuznach 1858. — Quae cum ita sint, iam pridem erant (in primis Fr. Floridus Sabinus, Lipsius aliique), qui non ab eodem commentarios de b. c. et commentarios de b. g. scriptos esse dicerent. — *Heidtmann*, Haben wir ausreichende Garantie für die Aechtheit der dem C. Iul. Cäsar zugeschriebenen drei Bücher de bello civili? Essen 1867. — Cf. etiam illum libellum, qui a quodam H. Mosner confectus et Culmbachi a. 1865 editus inscribitur: „Quaestio habetur, num Caesar bellum civile scripserit"; in quo ponitur alium scripsisse sex priores libros belli Gallici et alium confecisse septimum (cfr. infra p. 25 et 26) et octavum librum vel libros belli civilis (cf. Wochenschr. für klass. Phil. 1885 n. 46 p. 1471).

alterum melius quam tertium commentarium scriptum esse nemo fere negabit [1]).

Quin immo Mengius [2]) vel in primis sedecim alterius de b. c. commentarii capitibus multa sibi occurrisse confirmat, quae minus bene minusque eleganter quam reliqua eiusdem commentarii pars scripta essent et a Caesaris scribendi genere abhorrerent, eaque capita non a Caesare ipso sed a Trebonio legato, qui res illas gessisset, confecta esse putat.

Cuius quaestione Petersdorffius [3]) mihi videtur inductus esse, ut etiam in commentariis de b. g. omnes fere locos, quibus res a legatis gestae referuntur, diligentius inquireret; eisque inquisitis multa a Caesaris scribendi ratione aliena aut male dicta repperisse se contendit eaque de causa hoc factum esse censet, quod Caesar omnes legatorum relationes ad verbum fere transcripsisset [4]).

Quas opiniones ut erant qui refringerent [5]), ita non deerant, qui vel probarent vel amplificarent [6]). ac mihi quoque, cum leviter illorum libellos percurrissem strictimque attigissem, plurima captiosam quandam probabilitatem habere videbantur. quin immo ipso commentariorum indice atque etiam Ciceronis

---

[1]) *B. Dinter*, Quaest. Caes., Grimma 1876, vel probare studet capita 108—112 tertii commentarii ab Hirtio addita esse; sed paucis coniecturam videtur probabilem fecisse, eo minus, quod libellus, si eo loco finiretur, apta conclusione prorsus careret.

[2]) *R. Menge*, de auctoribus comm. de b. c. II 1—16, qui Caesaris nomine feruntur.

[3]) *Petersdorff*, Caesar num in bello gallico enarrando non nulla e fontibus transscripserit, Belgard 1879. — *Petersdorff*, Zeitschrift für das Gymnasialwesen 34 (1880), 215.

[4]) Paucas quasdam commentariorum partes a librariis additas esse iam antea quidam putabant: C. Wex ad Tac. Agr. cap. X. adnotavit: „Num illa descriptio Britanniae b. g. V 12—14 ab ipso Caesare composita sit, dubito equidem, praesertim quum ea non satis apto loco interiecta sit et omissa ea narrationis perpetuitas non conturbetur". — Cf. de his *Bergk*, Beiträge zur röm. Chronologie Jahrbücher f. class. Philol. XIII. Suppl.-Bd. p. 612 ss. — Item b. g. IV, 23, 2. — Cf. p. 6. adnot. 3. — Item b. g. VI 11, 1 ss., ubi de Galliae Germaniaeque moribus et, quo differant hae nationes inter se, proponitur.

[5]) *A. Eussner*, Blätter für bayer. Gymnasialschulwesen 10, 205. — *Eussner*, Bursians Jahresbericht 1881, 2, 230 und 1883, 2, 136. — *Eussner*, Wochenschrift für klass. Philologie. Berlin 1885. 46 p. 1471. — *H. Hartz*, phil. Anzeiger 6, 202. — *A. Hug*, Jahresber. über die Fortschritte d. klass. Altertumswissensch. 1873, 1169.

[6]) *C. Venediger*, Jahrbücher für class. Philologie 119. (1879), 786.

Hirtiique de Caesaris commentariis iudicio vel confirmari illorum opiniones existimabam. nam ex illa Ciceronis ad Lucceium [1]) scriptorem epistola, qua eum orat atque obsecrat, ut ipsius laudem iam prope senescentem ab oblivione atque a silentio vindicet, commentarios scribere idem esse ac materiem praebere scriptoribus conicere possumus. atque Cicero [2]) et Hirtius [3]) ob id ipsum, ut facultatem praeberet iis, qui historiam scribere vellent, Caesarem commentarios confecisse censent. quae cum ita sint, quid magis inducimur ut putemus, quam legatorum relationes immutatas eum transcripsisse, praesertim cum Pollionis [4]) sententia Caesar quae per alios gesta essent temere crediderit? nonne gratius atque iucundius fuit scriptoribus omnem materiem e primo quasi fonte haurire quam, ut ita dicam, circumcisam aliusque sententiis sparsam accipere ac distinctam?

Sed cum subtilius rem considerarem Caesarisque commentarios diligentius lectitarem, multae mihi causae occurrebant, quibus de causis non modo Ciceronem et Hirtium, sed etiam Mengium Petersdorffiumque vehementer errare, Caesarem autem suo usum dicendi genere legatorum res gestas descripsisse mihi persuaderem [5]).

---

[1]) Fam. V 12, 3 te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae neglegas .... amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare .... 10 si suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium.

[2]) Cic. Brut 75, 262 atque etiam commentarios quosdam (i. e. si hoc nomine recte appellati sunt) scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos; nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta. sed dum voluit alios habere parata unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere; sanos quidem homines a scribendo deterruit: nihil est enim in historia pura et inlustri brevitate dulcius.

[3]) Hirt. b. g. VII prooem: 4 constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia superetur. qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus desit, adeoque probantur omnium iudicio, ut praerepta non praebita facultas scriptoribus videatur .... 6 ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perfecerit, scimus. erat autem in Caesare cum facultas atque elegantia summa scribendi tum verissima scientia suorum consiliorum explicandorum.

[4]) Suet. div. Iul. 56 Pollio Asinius parum diligenter parumque integra veritate compositos putat, cum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta (i. e. a legatis) temere crediderit et quae per se vel consulto vel etiam memoria lapsus perperam ediderit.

[5]) Primam mihi de illis quaestionibus dubitationem Mengius et Petersdorffius attulerunt ipsi. nam inde ab initio id non potui non mirari, quinam factum

Nam quis est, qui] hoc credere velit, Caesarem, illum natura usuque callidissimum ac belli pacisque artibus facile principem, qui nihil ageret, quin suis ei rationibus conducere videretur, in illis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis, cum iam bellum civile instaret, quasi delectationis causa commentarios conscripsisse, ut materiem praeberet scriptoribus?

Sed quid plura? nam equidem neque Ciceronem aut Hirtium [1]), id quod Caesar tenui illo ac simplici commentariorum indice persuadere volebat legentibus, pro certo habuisse puto, neque nostra aetate quisquam [2]) fere est, quí dubitet, quin Caesar commentarios confecerit, ut rationem quandam redderet populo[3]), ut defenderet se ab iis, qui vehementissime in eum invehebantur, ut commendaret se bellum civile parantem et rem publicam administrantem bello confecto [4]).

---

esset, ut saepius in ipsa argumentatione quasi laborantium atque haesitantium speciem praeberent. haec cogitatio ac suspicio mea inprimis eo augebatur, quod Mengius mihi ipso libelli indice maiorem quam instituit quaestionem pollicitus, sed, bona venia huius doctissimi viri dixerim, ipsa opinionis levitate deterritus esse videbatur, quominus eam absolveret totam. Petersdorffium vero illa quaestione semel mota magis temere quam subtiliter considerateque commentarios perscrutatum esse, inde recte mihi videbar conicere, quod relationem quandam uberius narratam inquirere prorsus oblitus est. De hac re cf. Venediger quaest. de b. g. III c. VII—VIII. (Jahrb. f. Philol. 119, 786.)

1) Cf. Cic. Brut. 262 commentarios quosdam; et Hirt. prooem. 7 verissima scientia consiliorum explicandorum.

2) *Teuffel*, G. d. r. L. 196, 1: Dass man das Werk als einseitige Parteischrift betrachtete, war vielleicht mit ein Grund, warum wir es so wenig berücksichtigt finden; cf. ibid. 6. — *Köchly* und *Rüstow*, Einleitung zu C. Iulius Cäsars Commentarien über den gall. Krieg pag. 3 et 6, Gotha 1857.

3) Caesar a populo potestatem suam acceperat populoque etiam scripta dedicavit; nam eo uno nitebatur. sed cf. *Mommsen*, Römische Geschichte 7, III 615.

4) Peracto consulatu Caesar invito senatu Galliam provinciam et accepit et administravit. haud pauci eum gravissime accusarunt potestateque abusum civitatem iniustis periculosisque bellis afflixisse, ius gentium sanctum inviolatumque violasse (Plut. Caes. 24 et 73; Suet. Cato 51; conferas quoque velim Catulli carm. 7, 29 etc.) sermonibus scriptisque questi sunt. quae accusationes etsi nunquam Caesari non erant curae (Catullum quidem summo cum studio nitebatur ut sibi reconciliaret), quamdiu nihil agebatur in re publica, quod displicuisset ulli e tribus (cf. Suet. 19), non erant periculosae; sed cum Crasso mortuo Pompeius ad senatus causam accederet vehementissimeque in Caesarem inveheretur, vere anni LI. a. Ch. n. commentarios de b. g. edidit (*Teuffel*, G. d. r. L. 196, 6), quibus rationem quandam populo redderet, illas accusationes refutaret, Romanorum animos sibi reconciliaret. — Etiam commentarios de b. c. scripsit, ut Romanos doceret non se bellum civile concitasse eosque magna civium caede percitos novo rei

Si eo consilio Caesar commentarios confecit, quis est qui ignoret eum legatorum relationum nihil adhibuisse, nisi quod ad hoc consilium pertinebat[1]), eo magis, quod non sui unius sed omnium imperii sui ministrorum res gestas et civibus et rei publicae praestabat. legati enim imperio summi ducis omnino subiecti omnia ad eius praescriptum agebant[2]). an Caesar ille, cuius in commentariis nescimus utrum magis scribendi subtilitatem an tacendi sapientiam admiremur[3]), legatorum relationibus ad verbum adhibendis suae vel iniuriae[4]) vel stultitiae plurimos testes domestico praeconio colligeret? nonne alias legatorum res gestas plane reticeret, si nocere potuerunt relatae? nonne alias simulationum involucris tegeret, si reticere noluit?

---

publicae statui placaret; itaque maxime in eo elaborat, ut se iniuria affectum (b. c. I 1—4; 7, 1; 10 et 11), afficientem Pompeium (cf. ibid), se bonum civem (b. c. III 98, 2; I, 13. Caesarem bene de re publica meritum), clementem ducem (b. c. I 72, 1 cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret; b. c. III 90, 2 neque se umquam abuti militum sanguine neque rem publicam alterutro exercitu privare voluisse), sapientem imperatorem, qui necessariis bellis hostium iniurias ultus sit (cf. quoque b. g. I 12, 5; 7; 10, 13), illum crudelem dominum, qui civium sanguini non pepercerit, notaret. — Cf. Cic. Miscellanbriefe VIII 1, 4.

[1]) Cf. *A. Platen*, De fide et auctoritate Caesaris de bello Gallico commentariorum, Liegnitz 1854. — *Strenge*, der tendenziöse Charakter von Caes. bell. civ. Lüneburg 1875.

[2]) Cf. b. g. I 22, 3; II 11, 6; III 17, 7; V 8, 1; 28, 3; 47, 3; 52, 6 quod detrimentum culpa et temeritate legati sit acceptum; VI 30, 1; 36,1; VII 47, 2; V 28, 3 neque . . . iniussu Caesaris discedendum existimabant; VII 1,7; b. c. I 37, 3; III 14, 1; III 51, 4 ss. aliae enim sunt legati partes atque imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet . . ., 5 ne imperatorias sibi partes sumpsisse videretur.

[3]) *Teuffel*, G. d. r. L. I 196, 10: Ohne jemals plump die Wahrheit zu verletzen, versteht Cäsar meisterhaft die Kunst, die Thatsachen zu seinen Gunsten zu gruppieren und am rechten Orte zu schweigen. — Cf. Suet. div. Iul. 56 (supra pag. 7 n. 4). — Cic. Fam. V 12, 8 quod si a te non impetro . . ., cogar fortasse facere, quod nonnulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplis et clarorum virorum; sed quod te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: et verecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid reprehendendum est.

Köchly und *Rüstow*, Vorrede zu Caes. b. g., Cäsar hat zwar nur an wenigen Stellen eigentlich gefärbt, vielmehr lässt er nur die Thatsachen sprechen, die er allerdings so zu gruppieren versteht, dass die Ungleichheit der Behandlung und das Verschweigen manchen Punktes nicht auf den ersten Blick jedem klar wird. — Sed. vide: *Bergk*, Zur Geschichte der Topographie der Rheinlande.

[4]) Inter omnes constat nihil Caesaris interfuisse, quo modo assequeretur, quod vellet, dummodo assequeretur. (Cf. Sueton. Caes. 24. Cato 51. Caes. 22.)

Si autem nonnullas aut omisit aut mutavit, funditus mutaverit necesse est, ne omnem rationem ac perpetuitatem narrationis prorsus conturbaret ac confunderet, ne alia occultando, alia ad verbum narrando legentibus primam illam historiae legem, „ne quid veri dicere non auderet", nimis palam violasse videretur[1]).

Sed Caesar non modo eas res silet aut commutat, quibus nuntiatis sibi consilioque obfuisset, sed eas etiam, quae cum longe a communi populi iudicio voluntatibusque legentium abhorrerent, ipsi non profuissent. namque hae quidem, quae in commentariis sunt relationes, neque ita a legatis, qui rem militarem scientia atque usu optime cognitam habebant, scriptae sunt neque quidquam fere Caesarem adiuvissent belli rationem ineuntem. plurima enim desideramus, quae necessario legatorum relationibus commemorata erant[2]). nam excepta descriptione regionum singulariumquae belli apparatuum, in quibus describendis miram ubique esse componendi similitudinem infra demonstrabo, quaecumque in ipsa belli ratione sita sed mentibus legentium accommodata non erant, quasi de industria videmus esse praeterita. ut de locorum ac temporum intervallis[3]), quamquam eiusmodi nuntii imperatori maximo erant momento, nihil scriptum est, cum aliae res[4]), ut illa l. V, 44 narrata[5]), quae in scriptis quidem legatorum relationibus inesse non potuerunt,

---

1) Eo magis, quia multi (ipse Labienus legatus) e Caesaris amicis inimici postea facti sunt.

2) Cf. *Bergk*, Beiträge zur röm. Chronologie (Jahrbücher f. class. Philol. XIII. Suppl.-Band pag. 610 ss.) — *Köchly* und *Rüstow*, Einleitung zu Caesars Commentarien pag. 98.

3) Caesar haud ignorabat Romanos eiusmodi nuntios fastidire, narratiunculis vero delectari, operibus singularibus (ut pontibus, turribus aliisque ingentibus machinis) et rebus periculosis („Abenteuer", quales sunt expeditiones in Britanniam) nominibusque terrarum incognitarum admiratione affici. — Cic. de prov. cons. 13, 33 itaque cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum proeliis felicissime decertavit: ceteras conterruit, compulit, domuit, imperio populi Romani parere assuefecit et, quas regiones quasque gentes nullae nobis antea litterae, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragrarunt. — Cf. b. g. III 7, 3 ss. (Crassus) etc. — Cf. Cic. ad Quint. II 13 (15 a), 2; 15 (16), 4. — Eutrop. VI, 17; Sueton. Caes. 25.

4) Cf. b. g. III 22; b. c. II 33, 1 et 2; b. c. II 25 etc.; omnes denique legatorum orationes.

5) Eo ipso tempore res in tantum discrimen erat producta, ut ipsa mittendae epistolae causa modo tacta esse posset (cf. b. g. V 52, 4 et 5.).

latius descriptae sint. nam mea quidem sententia legati non erat eiusmodi narratiunculas referre, sed si quas ad Caesarem miserunt litteras, ad ipsam belli rationem pertinuerint necesse est

Accedit, quod Caesar multas[1]) legatorum res gestas, de quibus sine dubio certior factus est[2]), ne verbo quidem refert; alias[3]) tam breviter summatimque attingit, ut nemo auderet negare suis verbis Caesarem eas narrasse. id eane de causa, quod Caesari nocuissent relatae, an quia res in iis relationibus inerant, quae ab intellegentia imperitorum sensuque erant disiuncta, non videtur pro certo esse proponendum[4]). sed nonne coniectura ex eo augurari licet Caesarem in eis quoque rebus gestis legatorum describendis, quae uberius memoriae sunt proditae, eadem ratione suisque verbis usum esse, praesertim cum etiam Petersdorffio saepe difficile sit diiudicare, breviusne res sit an uberius tradita?

Si vero concedere velim modo eas res, quae aptae videbantur ad id, quod Caesar requirebat, ipsum transcripsisse, cetera omisisse, tam multiplex tamen ratio scribendi sententiarumque varietas exstitisset, quae iam pridem vel leviter commentarios legenti conspicua fuisset. hoc vere me dixisse vel tum intellegas, cum Caesaris dicendi genus cum Ciceronis et Hirtii comparaveris. ac ne Mengius quidem et Petersdorffius non concederent Hirtii scribendi genus multo magis quam legatorum relationes abhorrere a Caesariano, quamquam hunc ille imitabatur, quod non potuerunt facere legati. atque nonne etiam Petersdorffio omnes relationes maiorem inter se et cum Caesaris dictione similitudinem quam cum Ciceronis habere videntur?

Sed ut abhorreant relationes a Caesaris dicendi genere, quis est, cui non mirum videatur Petersdorffium in commentariis de b. g. in relationibus cuiusque legati totidem fere vituperare? nonne legatorum alius[5]) alia usus est scribendi ratione? nonne ex tot legatis aliqui male utebantur lingua latina?

---

[1]) B. g. I 10, 3; II 2, 2; III 11, 1 et 5; V 1, 1; inprimis V 24, 2 ss.; 25, 4 et 5; VI 33. 1 et 2; VII 9, 2; 11, 3 etc.

[2]) Veri simile est semper Caesarem comperisse, quo modo singulas res gessissent legati.

[3]) I 22, 3; II 1; 9, 4 ss.; 11, 3 ss.; 34; IV 21, 8 ss.; 38, 1—3; V 10, 2; 47, 4 ss.; V 48, 7 ss.; 49, 4; VI 30 ss.; VII 40, 2 et 51, 2 etc.

[4]) Cf. b. c. III 66, 7 quibusdam de causis, quas commemorari necesse non est.

[5]) Cic. de or. III 9, 34 quot oratores, totidem paene reperiuntur genera dicendi.

at multa in relationibus male dicta sunt. sed quis est, qui non absurdum esse putet eos, qui Caesarem illud statuentem „tamquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum“ [1]) negent multa verba male latine dicta scribere potuisse, transcribere eosdem potuisse putare eundem? Caesar, latinitatis auctor et in compositione diligentissimus, varias relationes quindecim fere legatorum easque male scriptas in librum transcriberet, quem ipsum se scripsisse profitebatur? namque Caesari, qui omnium artium [2]) ac disciplinarum paene infinitam vim ut qui maxime animo comprehendit et quamcumque fere voluit materiem sicut mollissimam ceram ad suum arbitrium et dicendo et scribendo fingere atque formare potuit, ne illa quidem difficile fuit corrigere [3]).

Atque nonne summae illae Ciceronis, Hirtii aliorumque laudes [4]), quas tribuunt Caesaris commentariis, vel maxime discrepant non modo cum hac, quam diximus, opinione sed tota etiam Mengii et Petersdorffii quaestione, praesertim cum relationes, quas vocant, ex quinta omnium commentariorum parte aestimandae sint. itaque haec nobis proposita condicio est, ut aut Suetonios, Cicerones, Hirtios ineptos existimatores et qui intellegenti iudicio careant, aut illos maximo errore duci iudicemus; nisi forte quis sumit eosdem contraria dixisse atque quae intellegi voluerint.

Sin autem Caesar ut Mengius ac Petersdorffius in movenda illa quaestione putant, ipse in legatorum relationibus adhibendis minuti atque angusti animi fuisset, nonne aptius atque accommodatius ad communem et vulgarem sensum sic fere, ut oratores Graeci in orationibus iudicialibus edendis testimonia, orationes inclusisset?

Sed id Caesarem neque facere voluisse neque fecisse cum multis aliis de causis tum maxime ex eo intellegas, quod omnes legati tertia de se persona loquuntur. at tamen inter omnes constat Romanorum, quorum quidem libri exstant, Caesarem primum tertia persona de se dixisse, ut, cum se ipsum quasi

---

1) Gellius I 10, 4.

2) Cf. Tac. dial. 21; Suet. 56; Macrob. I 16, 39; Cic. Fam. IX 16. 4. etc.

3) Cic. Brut. 253 qui etiam in maximis occupationibus ad te . . . de ratione latine loquendi accuratissime scripserit. — Cf. Fronto p. 111.

4) Hirt. prooem 6. ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perfecerit, scimus. — Cf. p. 7 adn. 2 et 3. — *Mommsen*, Röm. Gesch. 7, III 616: „Die Sprache . . . ist der Typus der modernen Urbanität.

obscuraret, quam maxime ad veritatem accommodate res referre videretur. quod hoc nemo negat futurum fuisse, ut magis fecisse videretur legentibus, si legati, id quod in relationibus certe fecerunt, suas res prima persona narrarent. sed quis est qui haec modo in legatorum relationibus Caesarem mutasse statuere velit? hoc enim cum esset puerile et cuiusdam infelicis operae, tum etiam utile parum.

Accedit, quod veteres, qui quidem Caesaris erant temporibus, adeo abhorrebant ab illo centonario compilatorum more, quo posteriores librum aliud ex alio scripto colligentes et carpentes in unum quasi opus consuerunt ac conscripserunt, ut in genere scribendi fuso ac tracto gloriarentur. itaque quod hoc vitium non cognoverunt, ne nomen quidem ei imposuerunt. sed id, quod aequales non fecerunt, hominem eruditissimum et ingenio prudentiaque acutissimum et oratione maxime limatum ac subtilem fecisse putemus?

Atque relationes legatorum adeo non speciem egressionum rotundarum praebent, quae quasi leviter agglutinatae ceteris sunt, ut in omnibus omnium commentariorum partibus, sive res a Caesare sive a legatis gestae referuntur, una quasi series ac continuatio sit rerum, ita ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae colligataeque videantur[1]). etenim relationes non confuse et permixtim dispersae sed narrationes rerum a Caesare gestarum illis electe variatae et distinctae sunt, ut nonnunquam vix diiudicare possimus, quid a Caesare, quid a legatis aut gestum aut dictum sit. et quod etiam mirabilius debet videri, res gestae complurium legatorum vel aliis temporibus vel aliis locis occupatorum quasi implicatae inter se convenienterque permixtae referuntur[2]). hoc solum ita effici potuit, ut unus, is est Caesar, omnia suis verbis exprimeret.

Praeterea veri simile multisque commentariorum locis conspicuum est Caesarem in describendis legatorum rebus gestis non solum legatorum sed etiam captivorum aliorumque homi-

---

1) B. g. III 7, 1; 19, 5 ss.; 20, 1; V 24; 45—47; 49, 2—3; 53, 1 ss.; 55, 58, 7; VI 41, 3 etc.

2) B. g. V 26 ss.; VII 5, 6; b. c. II 2 et 3; II 7, 8 etc. — Iam *Eussner* et *Hartz* probaverunt *Mengium* errare, cum XVI prima capita alterius de b. c. commentarii a Trebonio illas res perfuncto confecta esse putaret, quia cpp. III—VIII res a Bruto legato gestae referrentur.

num[1]) relationes adhibuisse; plurimos enim secum et in castris legatorum[2]) habuit, quibus nihil fere aliud nisi nuntii de quibuslibet rebus, quae ad bellum pertinebant, afferendi fuisse videntur. quis est, qui dubitet, quin hos aeque atque ipsos legatos secutus sit? ut vero de multis ceteris rebus non statim satis explicatis saepe longo temporis spatio interiecto — nonnullae res post ipsum bellum cognitae sunt[3]) — certior Caesar factus est, ita haud paucas res, quo modo gestae a legatis essent, accuratius multo postea eum comperisse puto.

Et Caesar ipse, ut erat summus belli dux, qui consilio convocato quid legati censeant audit quidem ac deliberat, sed plerumque tamen ad summam rerum consulit[4]), ita et legit, quae ei de singulis expeditionibus aliisque rebus referunt, sed non omnia temere credit neque, quid ipse de quaque re sentiat, declarare dubitat. itaque nonnullas res a legatis gestas sic invenimus narratas, ut Caesar non tam narrare eas, ut legati retulerunt, sed alias acri subtilique iudicio vituperare ac perstringere[5]), laudare alias atque comprobare[6]) videatur. haec cum ita sint, legatorum relationes non transcriptae sunt immutatae. nam ut ipsum de se praedicare deforme, ita accusare se ineptum est.

Atque maximum maiorum minorumque locorum numerum non modo veri simile sed luce clarius est Caesari ipsi, certe

---

1) Gallos principes familiaresque nominat b. g. I 16, 5; 19, 3; 47, 4; hospites V 6, 3; (speculatores II 11, 2; exploratores VI 7, 9; perfugas VII 44, 2 82, 1; captivos b. g. I 22, 1; 50, 3; II 16, 1; 17, 2; V 8, 6; 9, 1; 52, 4.

2) B. g. III 18, 1 (Sabinus legatus) idoneum quendam hominem et callidum delegit, Gallum, ex iis, quos auxilii causa secum habebat.

3) B. c. III 79, 4 haec ad id tempus Caesar ignorabat; III 86, 1. ut postea cognitum est; III 18, 5 bello perfecto ab iis Caesar haec facta cognovit, qui sermoni interfuerunt; III 57, 5 ut postea bello confecto reperiebamus; III 60, 4 ut postea bello confecto cognitum est; III 86, 1 ut postea cognitum est.

4) Cf. b. c. III 51, 4 Aliae enim sunt legati partes atque imperatoris; cf. p. 9 n. 2.

5) B. g. III 5, 1—2; III 17—18 et 21; V 39—46. *Köchly* und *Rüstow*, Einl. zu C. b. g.: Die grossen Schlappen des Sabinus und Kotta werden hervorgehoben sammt ihrer Unbesonnenheit. — Charis. instit. gramm. I 17 p. 126, 10 *Keil:* (Cicero) neque pro cauto ac diligenti se castris continuit.

6) b. g. V 26—38, inprimis 28, 33, 34 — *Teuffel*, Gesch. d. r. L. p. 196. 6 Eine gewisse Wärme fühlt sich durch nur bei tüchtigen Leistungen seiner Getreuen. — *Köchly* und *Rüstow*: Einleitung zu Cäsars Commentarien über den gallischen Krieg, 62 ss. et 73 ss.

non legatis, esse attribuendum, ita ut mirum videatur, quod error ille tantus, quo ducti librarium quendam fuisse putarent Caesarem, non modo natus est sed apud quosdam etiam inveteravit. omnes locos equidem hic non sum congesturus, eo minus, quod alius alio usus iudicio, si omnes afferre vellem, aut nimis me aut parum curiosum fuisse arbitraretur. eos modo congessi, quos Caesarem scripsisse ne probare quidem necesse est. sed iam ex his paucis appareat fieri omnino non potuisse, ut Caesar relationes transcriberet. nam si ipse sententiam suam interponebat, legatorum sententiarum seriem interrupisset.

B. g. III 1, 5 qui vicus positus in valle non magna adiecta planicie (cf. V 9, 6) altissimis montibus undique continetur (cf. V 2, 3). — hic vicus Caesari non erat describendus, cum eum sine dubio ipse cognovisset, quod omnes circa regiones iam ipse viderat[1]) (Helvetios I 2, 3; Allobroges I 6, 2 et 3, Ceutrones, Graioceli, Caturiges I 10, 4) et, id quod ex initio capitis apparet, ipsum hunc locum viserat. — III 2, 2—3, 1 Id aliquot de causis acciderat, ut subito .... usque his nuntiis acceptis certe a Caesare est dictum (excepto si vis legionem ... usque propter paucitatem); nam non modo hae causae Caesari Galliae regionum gnaro apertae sunt (cf. etiam cum accedebat usque persuasum habebant: VII 77, 10 et 15) sed etiam certior factus usque teneri tanto opere remotum esse a his nuntiis acceptis indicat interposita Caesaris esse sententiam (accedit, quod haec non sunt legati relationis) 10, 3; 29, 1. — III 5, 2 primi pili centurio, quem Nervico proelio compluribus confectum vulneribus diximus, (cf. b. g. II 25, 1. P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis gravibusque vulneribus confecto)[2]) et item C. Volusenus tribunus militum vir et consili magni et virtutis. — III 7, 2—8, 2 eius belli haec fuit causa. Publius Crassus „adulescens“ cum legione septima proximus mare Oceanum in Andibus hiemarat usque ad ab his fit (in legati relatione verbum „causa“ mea quidem sententia haec fere sequi oportuit: Veneti Silium re-

[1]) B. g. VI 34, 3 haec loca vicinitatibus erant nota.

[2]) Non fuit necesse Caesari milites, inprimis nobiliores, in quibus hic est numerandus, ita notari; accedit, quod in his tribuni laudibus magna inest Galbae legat ivituperatio.

tinuerunt. nam interiecta Caesari cognita sunt; quae nisi cognovisset, eo legatum non misisset; neque eum fugit Venetos proximos mare Oceanum habitare. idem dici potest de III 8, 1—2 huius est civitatis „longe" [1]) amplissima auctoritas „omnis" [1]) orae maritimae regionum earum, quod et naves habent Veneti „plurimas, quibus in Britanniam navigare, consuerunt" et scientia atque usu (cf. b. g. II 20, 3) nauticarum rerum „reliquos antecedunt" (cf. b. g. I 1, 4) et in magno impetu maris atque aperto, paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, „omnes" fere, qui eo mari uti „consuerunt", habent vectigales; III 8, 3 ut sunt Gallorum subita et repentina consilia [2]). — III 17, 1—3 Dum haec in Venetis geruntur, cum iis copiis, „quas a Caesare acceperat", in fines Venellorum pervenit. his praeerat Viridovix ac „summam imperii" tenebat earum civitatum, quae defecerant [3]). — III 20, 1 Eodem fere tempore Publius Crassus, cum in Aquitaniam pervenisset, quae, „ut ante dictum est", et regionum latitudine et multitudine hominum ex tertia parte Galliae est aestimanda, cum intellegeret in iis locis sibi bellum gerendum, ubi paucis ante annis Lucius Valerius Praeconinus „legatus" exercitu pulso interfectus esset atque unde Lucius Mallius proconsul impedimentis amissis profugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intellegebat [3]). — III 20, 2 Tolosa et Narbone quae sunt civitates Galliae provincae finitimae [4]). — III 21, 1 quid sine „imperatore" et sine reliquis legionibus „adulescentulo" duce possent efficere. — III 21, 3 cuius rei sunt „longe peritissimi" Aquitani, „propterea quod" multis locis apud eos aerariae secturaeque sunt [1]). — III 22, 1 Adiatunnus, qui summam imperii tenebat .... quos illi soldurios appellant, quorum haec est condicio [3]), uti omnibus in vita commodis una cum iis fruantur, quorum se amicitiae dediderint, si quid his per vim accidat, aut eundem casum una ferant aut sibi mortem consciscant; neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset, mori recusaret. —

---

[1]) Si haec res ita se habet, dubium non est, quin Caesar illam civitatem cognitam habuerit.

[2]) Similes meditationes ac deliberationes Caesar saepius interponere solet cf. III 10, 3; 19, 6 multosque alios locos.

[3]) Haec non fuerunt relationis legati; eiusmodi regionum gentiumque descriptiones Caesar modo legentium causa affert; ipsi eae iam pridem cognitae sunt.

[4]) Cf. pag. 15. adn. 1.

V 27, 1 ex Hispania quidam, qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem ventitare consuerat. — V 33, 1—2 Tum demum „Titurius[1]), qui nihil ante providisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ut eum omnia deficere viderentur"; quod „plerumque iis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur". at Cotta, qui cogitasset haec posse in itinere accidere atque ob eam causam profectionis auctor non fuisset, „nulla in re communi saluti deerat" . . . 4 „quod consilium etsi in eius modi casu reprehendendum non est[2]) . . . 6 quod fieri necesse erat[2]). — V 34, 1 At barbaris consilium non defuit. nam duces eorum tota acie pronuntiare iusserunt, ne quis usque existimarent. — V 34, 2 tametsi ab duce . . . . deserebantur[3]). — V 34, 3 qua re animadversa Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coniciant . . . . usque ad initium capitis 35. — V 35, 6 Balventio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti et magnae auctoritatis[4]). — V 38, 1 Aduatucos, qui erant eius regno finitimi[5]). — V 39, 1 Ceutrones . . . . Geidumnos, qui omnes sub eorum imperio erant. — V 39, 2 Huic „quoque[2])" accidit, quod fuit necesse. — V 40, 7 Ipse[2]) Cicero, cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultro militum concursu ac vocibus sibi parcere cogeretur[2]). — V 44 hoc totum caput aeque atque omnis relatio, quam Ciceronis esse voluerunt, in litteris, quas detulit Vertico Caesari, inesse non potuit; nam eius modi narratiunculae, quae ad tempus nullius momenti sunt, mihi quidem in tantis rerum angustiis scribi solere non videntur; in epistola mea sententia aliud nihil inerat nisi haec fere: res in maximo discrimine versantur, succurrite nobis quam celerrime; **epistola** vero mittitur, ne qua sit fraudis suspicio — sed relatio si per litteras non est facta, vide infra p. 24. — V 45, 2—46 Erat unus intus Nervicus nomine Vertico, loco natus honesto[6]) . . . Caesar: haec certe in legati relatione

---

1) Cf. pag. 14. adnot. 5.
2) Cf. pag. 14. med.
3) Cf. pag. 14. adnot. 5 et pag. 15. adnot. 2.
4) Cf. pag. 15. adnot. 2.
5) Cf. pag. 15. adnot. 1.
6) Cf. pag. 15. adnot. 2.

non erant relata. — V 56, 2 hoc „more“ Gallorum est initium belli: quo lege communi omnes puberes convenire consuerunt; qui ex iis novissimus .... necatur. — V 56, 3 generum suum, „quem supra demonstravimus,“ Caesaris secutum fidem ab ea non discessisse [1]. — VI 8, 9 Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstravimus [2]. — VI 38, 1 Baculus, qui primum pilum ad Caesarem duxerat [3], „cuius mentionem superioribus proeliis fecimus [2].“ — VI 39, 2 Hic vero nulla... barbaris. — VI 40, 7 centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum virtutis causa in superiores erant ordines huius legionis traducti [3]. — VI 41, 2 ac tantus fuit etiam post discessum etc. [4] — VII 3, 1 et 2 Gutruato et Conconnetodumno ducibus, desperatis hominibus, ... civesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, in his Gaium Fufium Citam, honestum equitem Romanum, qui rei frumentariae iussu Caesaris praeerat [5] .... nam ubi quae maior atque illustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant [6] ...; ut tum accidit (b. c. II 4, 4 Brutus legatus; III 68, 1 etc. cf. infra). — VII 4, 1 cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus [6]. — VII 5, 2 Aeduos, quorum erant in fide [6]. — VII 5, 3 Aedui de consilio legatorum, quos Caesar ad exercitum reliquerat. [8] — VII 5, 4 quod Bituriges ab Aeduis dividit [7]. — VII 5, 6 id eane de causa, quam legatis pronuntiarunt, an perfidia adducti fecerint, quod nihil nobis constat, non videtur pro certo esse proponendum. — VII 57, 1 Dum haec apud Caesarem geruntur .... id est oppidum Parisiorum, quod positum est in insula fluminis Sequanae (cf. VI 3, 4). — VII 58, 3 id est oppidum Senonum, in insula Sequana positum, ut paulo ante de Lutetia diximus. — VII 59, 2 Aeduorum, qui iam ante erant per se infideles. — VII 59, 5 Bellovaci, quae civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis.

B. c. I 56, 2 Albicorum, „de quibus supra demonstratum est“ (cf. I 34). — I 56, 4 ad nostras naves procedunt, „quibus prae-

---

1) Cf. pag. 16. adnot. 1 et 3.
2) Cf. pag. 21. adnot. 4.
3) Cf. pag. 16. adnot. 1.
4) Cf. pag. 14. med.
5) Cf. pag. 15. adnot. 2.
6) Cf. pag. 16. adnot. 1 et 3.
7) Cf. pag. 16. adnot. 3.

erat D. Brutus". — I 57, 1 sed electos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones, Caesar ei classi adtribuerat, qui sibi id muneris depopocerant. hi manus ferreas atque harpagones paraverant magnoque numero pilorum, tragularum reliquorumque telorum se instruxerant. — I 57, 3 homines asperi et montani, exercitati in armis[1]). — I 38, 3 qui repente ex onerariis navibus erant producti neque dum etiam . . .[2]) — II 1, 1 Dum haec in Hispania geruntur, C. Trebonius „legatus," qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat .... una erat proxima portui navalibusque, altera ad portam, qua est aditus ex Gallia atque Hispania ad id mare, quod adiacet ad ostium Rhodani . . . usque ad ea perficienda[3]). — II 4, 4 communi enim fit vitio naturae, ut inprovisis atque incognitis rebus magis confidamus vehementiusque exterreamur[4]); ut tum accidit (cf. I, 80, 1. — III 68, 1; b. g. VII 3, 2 etc.). — II 5, 1 ad eas, quae factae erant Arelate per Caesarem. — II 8, 3 ut est rerum omnium magister usus[4]). — II 13, 3 Caesar enim per litteras Trebonio magno opere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur, ne gravius permoti milites et defectionis odio et contemptione sui et diutino labore omnes puberes interficerent[5]). — II 23, 1 ex quattuor, quas a Caesare acceperat. — II 27, 2 nam quae volumus, et credimus libenter, et quae sentimus ipsi, reliquos sentire speramus[4]). — II 28, 1 Erat in exercitu Vari Sex. Quintilius Varus, „quem fuisse Corfini supra demonstratum est[6])". hic dimissus a Caesare in Africam venerat legionesque eas traduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Caesar . . . — II 29, 3 nam etiam Caesaris beneficium multaverat consuetudo. — II 32, 3 me, quem sibi carissimum habuit[7]). — II 34, 4 Rebilus legatus Caesaris, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat. — II 38, 2 multum ad hanc rem probandam adiuvat „adulescentia, magnitudo animi", superioris temporis proventus. — II 39, 6 Ne haec quidem res Curionem ad spem morabatur. — II 40, 3 ad supe-

---

1) Cf. b. c. I 56, 2.
2) Cf. I 57, 1.
3) Cf. pag. 16. adnot. 1 et 3.
4) Cf. pag. 16. adnot. 2.
5) Cf. pag. 9. adnot. 1.
6) Cf. pag. 21. adnot. 4.
7) Cf. pag. 14. med.

riorem spem addita praesentis temporis opinione. — II 41, 3 non deest negotio Curio [1]). -- III 36, 2 nam plerumque in novitate rei fama antecedit. — III 36, 3 ad flumen Aliacmonem, quod Macedoniam a Thessalia dividit. — III 100, 2 „Similiter“ Vatinius, qui Brundisio praeerat.

Idem de iis orationibus statuendum esse censeo, quas cum in relationibus inveniant, legatos habuisse volunt. nam ut recte negamus illas orationes, quae commentarios leviter legenti a principibus legatisque Gallorum et Germanorum habitae videntur, aut elaboratas ab ipsis aut sic ut scriptae sunt, habitas esse [2]), ita vehementer errat, qui legatorum orationes legere se putat. quod etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia orationes nullius nisi eorum legatorum relictas habemus, qui cum omni fere exercitu pugnantes occisi [3]) sunt, in quibus Caesari fingere licuit, quae voluit, nullius fere memoria iam eum refellente; vivorum et praesentium frustra requirimus.

Ac primum quidem intellegere nequeo, quo modo horum legatorum orationes scriptas acceperit. deinde Curionis [4]) quidem orationes, si diligenter legeris, omnino aeque ad Caesaris laudem idque consilium, quod supra diximus, atque ad eas conditiones, quibus utebatur legatus, directas atque etiam post belli eventum compositas cernes. quare non est, quod miremur res nonnullas tactas in iis esse, quas nondum scire potuit Curio [5]). tum, ut multa alia omittam, eisdem luminibus ac figuris, quae in ceteris commentariorum orationibus apparent ornatae sunt [6]).

---

1) Cf. pag. 14. adnot. 1.

2) Caesar sine interpretibus ne intellegere quidem has orationes potuit; plurimas vero luce clarius est Caesarem ita aut fingere aut exornare, ut Romanis quidem iustam belli movendi causam habuisse videatur.

3) B. g. 9. V 37 Sabinus .... circumventus interficitur .. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum ... pauci ex proelio elapsi .... ad Titum Sabienum legatum .... perveniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt. — b. c. II 32, 4. Curio proelians interficitur .... milites ad unum omnes interficiuntur.

4) Curionem facile dicentem facere potuit, quia clarus est orator: (cf. Brut. 280).

5) B. c. II 32, 5 an vero in Hispania res gestas Caesaris non audistis? duos pulsos exercitus? duos superatos duces? duas receptas provincias? haec acta diebus quadraginta etc. — b. c. II 37, 2 iamque C a e s a r i s i n H i s p a n i a res secundae in Africam nuntiis et literis p e r f e r e b a n t u r (aliter hoc explicari posse non ignoro, melius nego).

6) Similiter equidem non possum comprehendere, quo modo ab his legatis relationes Caesar acceperit. ac si Petersdorffius in iis capitibus, quibus res a Sabino

Nam quid dicam de brevitate[1]) scribendi, qua res coartatae, quae quidem natura est commentariorum[2]), non modo in orationibus relationibusque legatorum, sed etiam in ceteris commentariorum partibus sunt? ac si legatorum relationes neque brevius neque latius explanatae sunt, quam res a Caesare gestae, nemo est, qui sumere velit legatos omnes eisdem quasi terminis relationes circumscripsisse, quibus Caesar usurus erat in suis rebus gestis describendis.

Sed non modo commentarios subtiliter legentes in eam opinionem adducimur, ut putemus suis verbis omnia Caesarem rettulisse, sed ipse Caesar confirmat. an quis est, quin intellegat Caesarem, cum verbis utatur, qualia sunt, „ut docuimus", „ut supra demonstravimus" etc., quibus legentes monuerit illa, quae in relationibus insunt legatorum, illas narrationes ita usurpare, ut ipse fecisse videatur? similiter si saepius in legatorum relationibus iisdem verbis res a Caesare gestae supraque descriptae in memoriam rediguntur[3]), quis est, qui dubitet, quin utrasque res gestas descripserit idem?

Relationes vero legatorum in commentariis de b. g. si comparare velimus cum relationibus in commentariis de b. c., illas ut reliquas eorum partes accuratius ac meditatius compositas, his

---

et Cotta gestae referuntur, eadem vitia atque in ceteris legatorum relationibus invenit, ipse demonstrat, opinio sua quam sit futilis ac commenticia.

1) Cf. pag. 7 adnot. 2. — Animadvertas quoque velim singulare illud studium ablativorum absolutorum, quod ubique in commentariis apparet.

2) Suet. Tib. 61 dicit commentarios scribere idem esse ac „breviter summatimque" de aliqua re scribere.

3) B. g. VI 2, 1 ut docuimus (cf. V 58, 2); b. c. III 56, 1 ut demonstravimus (cf. b. c. III 35 ss.). — Cf. b. g. II 25, 1 cum b. g. III 5, 2. — B. g. III 5, 2 (Galba) Baculus . . ., quem Nervico proelio compluribus confectum vulneribus diximus (b. g. II 25, 1 primipilo P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis gravibusque vulneribus confecto). — b. g. III 20, 1 (Crassus) quae, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum ex tertia parte Galliae est aestimanda (b. g. I 1, 1 Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, „aliam" Aquitani, tertiam). — b. g. VI 38, 1 (Cicero) Baculus . . ., cuius mentionem superioribus proelius fecimus (cf. b. g. III 5, 2 et II 25, 1). — b. g. VI 40, 7 (Cicero) centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus „reliquarum legionum" virtutis causa in superiores erant ordines huius legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent. — b. c. II 28, 1 (Curio) Sex. Quintilius Varus, quem fuisse Corfini supra demonstratum est (b. c. I 23, 2 Sex. Quintilius Varus quaestor —).

eadem atque toti libello inesse vitia videbimus. quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia Caesar in bello civili nonnullis legatis utebatur eisdem [1]), qui ipso imperatore in bellis gallicis militabant neque nos habemus, cur legatos in bello civili legatis in bello gallico inferiores ingenio minusque literis tinctos putemus fuisse. quin immo Curionem non dubito statuere unum ex litteratissimis fuisse legatorum. nonne vero mirum videtur esse omnes legatos in b. g. melius, peius in b. c. loqui omnes? Rem vero ita se habere cum multis aliis de causis tum maxime ex eo intellegi potest, quod plures in commentariis de b. c. quam de b. g. relationum loci vituperati sunt.

Sed cum quaererem, quid tandem effecisse videretur, ut commentarii de b. c. inferiores commentariis de b. g. putandi essent, hanc inveniebam causam: Caesari in commentariis de b. g. componendis nihil nisi retractandae ac perpoliendae erant litterae [2]), quas quotannis ad senatum dedit [3]). at commentarii de b. c. quodam modo ex ipsa rerum silva quasi dolandi erant. quae cum ita sint, nonne est, quod putemus relationes in b. c. necessario melius quam reliquas eiusdem libelli partes compositas esse, cum relationes in b. g., quas et ipsas aut plane aut paene immutatas transcriptas esse volunt, usque ad annum p. Ch. n. MDCCCLXXIX. eadem elegantia qua retractatas commentario-

---

1) M. Antonius triumvir b. g. VII 81; b. c. I 18; III 24. 65. 89. — Brutus b. g. III 11. 14; VII 9. 87; b. c. I 36. 57; II 3. 5 ss. — Caninius Rebilus b. g. VII 83. 90; b. c. I 26; II 24. 34. — C. Fabius b. g. V 24; VII 90; b. c. I 37. 40. 48. — Sulpicius Rufus IV 22; VII 90; b. c. I 74; III 101. — Trebonius b. g. V 17. 24; VI 33; VII 11. 81; b. c. II, 1—16; III 20. — Lucius Roscius V 24, 53; b. c. I 3. 8. 10.

2) Cf. *Bergk*, Beiträge zur römischen Chronologie, Jahrbücher f. cl. Philol. XIII. Suppl.-Band pag. 609 adnot. 3: Caesars Commentare über den gallischen Krieg sind nur eine Ueberarbeitung der Berichte, die der Höchstcommandierende an den Senat eingesandt hatte; dabei wurde manches weiter ausgeführt; auch kam Neues hinzu, wie die geographischen und ethnographischen Excurse; dagegen wurde alles Dienstliche und, was sonst nicht für die Oeffentlichkeit sich eignete, weggelassen.

3) Suet. Caes. 56 epistolae quoque eius ad senatum exstant (dicitne fortasse hos ipsos commentarios?). Cf. b. g. II 35, 4 ob easque res ex litteris Caesaris in dies quindecim supplicatio decreta est. — b. g. IV 38, 5 his rebus gestis ex litteris Caesaris dierum viginti supplicatio a senatu decreta est. — VII 90, 8 his rebus (conicio: gestis) litteris Caesaris cognitis Romae dierum viginti supplicatio redditur.

rum partes ducerent compositas? quod si haud scio an probaverim legentibus, quis non concedet relationes in b. g. aeque bene scriptas esse debere atque in commentariis de b. c., si quidem illi non errarent?

Accedit, quod nonnullorum[1]) Caesaris legatorum epistolae exstant plane alia ratione confectae atque quae in relationibus apparet: Quintus Cicero in epistolis est latior, copia verborum quam rerum uberior, dulcior, coniunctionum longiorumque comprehensionum studiosior, Cicero in commentariis pressus, gravis, cum copia tum brevitate mirabilis, coniunctionum neglegens, amans ablativorum absolutorum, candidum et enucleatum dicendi genus tenet et simplices quidem et parvas sed venustas easdem habet comprehensiones. D. Brutus in epistolis ratione scribendi horrida, tenui, disiuncta, in relationibus leviore, aequabiliore, volubiliore utitur. C. Trebonii litterae minores sunt, quam ut certi aliquid de eius dicendi genere statuere possimus; tamen non est dubium, quin coniunctiones magis adamaverit, quam qui in commentariis de b. c. Trebonii res gestas descripsit. M. Antonius vero in litteris veteratorium quoddam atque aridum et abruptum dicendi genus tenet, in commentariis numerosam, rotundam, concinnam.

Sed ne in his horumque similibus argumentis longius videar versari, iam ad illa summa veniam, quae si probavero una, nemo erit, qui neget in hoc uno argumento totam quaestionem contineri. hanc enim cum ita adhuc instituerim, ut Caesari legatorum relationes scriptas ab ipsis legatis concederem traditas esse, si rem accuratius inquisiverimus, plurimas res

---

[1]) Epistolae Quinti Ciceronis: tres ad Tironem (Fam. XVI 8. 26. 27). una ad Marcum fratrem (Fam. XVI 16). cf. Cic. ad Qu. fr. III 1, 19 epistulam tuam . . . aristophaneo modo valde mehercule et suavem et gravem. — Epistolae D. Bruti (Fam. XI 1. 4. 9—11. 13 A. 19. 20. 23. 26): Tac. dial. 18 legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et aridum, Brutum autem otiosum atque disiunctum (discinctum). — Trebonii ad M. Ciceronem epistola (Fam. XII 16). — Antonii epistolae (ad Att. X 8 A X 10, 2; 14, 13 A): Suet. Aug. 86 M. Antonium . . . ea scribentem quae mirentur potius homines quam intellegant. — Etsi dubium non est, quin aliud sit epistolas scribendi genus, aliud res gestas referendi, tamen qui Caesaris etiam litteras quae exstant (Cic. ad Att. X A. 7 C. 13 A. 16. X 8 B) legerit, intelleget miram in eis similitudinem esse atque etiam eandem scribendi rationem, quae est in eius commentariis.

gestas Caesari sermone a legatis narratas esse intellegemus[1]). quas qua ratione adhibuerit Caesar, vix videtur in dubium vocari posse. an licet sumere semper Caesari praesto fuisse librarium, qui notis velocissime, quidquid legati retulerunt, ad verbum excepit? has contra memoriter i. e. suis verbis a Caesare descriptas esse pro certo proponendum est.

Idem de iis relationibus scriptis (vel, ut verius dicam, de relationibus, si scriptas eas esse concedere velimus), quae quasi ex ipsis litteris aut explicari aut explanari Caesari a legatis potuerunt[2]), inprimis vero de iis, quibus acceptis Caesari suis oculis et universa et singula perspiciendi facultas erat. hanc eum habuisse saepius qui accuratius legerit commentarios, facile intelleget[3]). itaque mirari desinamus, qui factum sit, ut constructiones omnium et pontium et turrium simillime descriptae sint. longum est hic quidem singula percurrere, animos legentium ad hoc advertisse satis sit. sed quod maxime est conspicuum, anaphoras, allitterationes monere volo[4]).

---

1) Cf. b. g. V 37: legati occisi sunt cum maxima parte militum; pauci ex proelio elapsi ad Labienum legatum perveniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt. V 52, 4 de casu Sabini et Cottae certius ex captivis cognoscit Caesar. Ciceronis legati litterae c. 46, 1 commemoratae in illa gravissima atque asperrima (cf. c. 45) oppugnatione neque tantam materiam (c. 39—46) neque tam leves tenuesque res (c. 44) continere potuerunt, inprimis cum saepius epistolae interceptae essent (c. 45 quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu necabatur; sed unus Vertico litteras pertulit, cf. ibid.). — V 57 et 58 (cf. c. 58 f.) — VI 7 et 8 (Lab.) sine dubio: vide c. VI 6, 4 ipse in Treveros proficiscitur; VI 36—41 (Cicero) cf. cap. 51 fin.; VII 57—68 (Sab.) cf. VII 57, 10 inde die tertio cum omnibus copiis ad Caesarem pervenit; b. c. I 40 (cf. c. 41, 1).

2) Cf. b. g. III 17—18; b. c. III 35—39 etc.

3) B. g. V 11, quae ex „nuntiis" litterisque (hoc non duco ἓν διὰ δυοῖν) cognoverat, coram perspicit etc. V 52 institutas turres, testudines munitionesque hostium admiratur etc.

4) B. c. II 9 Trebonius ubi . . . hanc . . . has . . . ubi . . . ubi . . . ubi . . . II 10 ubi . . . musculum . . . cuius musculi . . . has . . . etc. (cf. b. g. IV 17 rationem pontis hanc instituit (b. c. II 8 id hac ratione perfectum est) . . . haec . . . his item . . . haec . . . haec etc. cf. infra p. 32 ss.

VI. His quae attuli argumentis etsi profligata iam haec et paene ad exitum adducta quaestio est, tamen infra argumentis ac rationibus, quae in scribendi genere sita sunt, nostra confirmabo, refutabo contraria. idque eo magis fiat necesse videtur esse, quod de hoc addubitantes Mengius et Petersdorffius quaestionem moverunt.

Nam hi confirmant dicendi genus in relationibus, quas vocant, et ad phraseologiam et ad ἅπαξ λεγόμενα et ad alias scribendi ineptias i. e. verba male latine dicta vel maxime abhorrere a dicendi genere Caesaris proprio, sed Petersdorffius etiam omnes eorundem legatorum relationes magnam habere scribendi similitudinem putat.

Sed Eussner aliique et multa vel optime dicta et multa, quae ferebantur, „ἅπαξ λεγόμενα" repperiri saepius apud Caesarem et multo plura emendandis commentariis, quos male a librariis transcriptos accepimus, compluribus scriptis probavit bonamque ita quaestionis partem absolvit.

Longum vero est, si, quidquid Petersdorffius aliique in relationibus vituperarunt, singula accurate velim examinare, praesertim cum neque quaestione mea aut melius illud probari aut planius explicari possit et saepe numero necesse sit me multa illis adsentiri iterum in commentariis, qui quidem istorum sententia Caesaris sunt, non inveniri.

Sed dum haud scio an hoc concedendo adversaria videar adsentiri, inde recte eos effecisse, abhorrere relationes a Caesaris scribendi genere, vereor equidem ut possim concedere. neque enim necesse est nos probare omnia et singula verba et verborum conformationes aliaque bis vel saepius inesse in his praesertim parvis commentariorum monumentis, et nemo est, qui ignoret magnum verborum numerum inprimis artis vocabula et tempore et locis contineri. an vitia aut virtutes, si forte complures dies in homine non apparent, idcirco plane deesse ei, sive si semel apparent, ei inesse maxima putes? praeterea hac, quam instituturus sum, quaestione in Caesaris quoque capitibus idem nobis occurrere, quod reprehenderunt in relationibus, demonstrabo.

Sed antea dissertationem quandam, quae ad hanc ipsam quaestionem maxime mihi pertinere videtur quamque nuper Georgius quidam Ihm[1]) instituit, inquirendam esse censeo.

---

[1]) Berliner philologische Wochenschrift. 1886 n. 33 pag. 1000.

Eaedem fere hae causae, quas Mengius et Petersdorffius afferunt, Georgius Ihm ipse nescit, quem sibi iniecerint de septimo belli gallici commentario scrupulum ac dubitationem, eademque fere hunc ei eximendum esse ratione existimo, qua hanc, quam supra institui, quaestionem absolvere conabar. nam si contendit, sex prioribus commentariis diligentissime lectitatis cum septimum uno quasi tenore perlegisset, haud pauca et ad narrationis sonum et ad verborum electionem atque copulationem nova sibi visa esse et singularia, id mihi quidem nihil habet miri — nam quod septimum de b. g. commentarium, quo res tot tantaeque, quantae nullo fere priore anno gestae sunt, narrantur, multo maiorem miratur ceteris commentariis esse, in hac causa tam levi tamque parvula refellenda longus equidem hic esse nolo; hoc enim modo non aeque absurdum est quam mirari LXXVII septimi commentarii caput omnia reliqua magnitudine superare (cfr. Ihm l. l. s. fin.), quasi Caesar, non grammatici, commentarios in capita diviserit — nam hunc nobis non tam novum tamque alienum videri librum, quem penitus animo perceptum habemus, quam quem uno tenore perlegimus strictimque attigimus, luce clarius est. mihique non videtur dubium esse, quin Ihmio multisque aliis, si q u i n q u e prioribus commentariis accuratissime lectitatis sextum leviter percurrisset, idem fere acciderit. certe verba quaedam ac verborum conformationes, quae e sexto commentario conscripsi, in unum locum congesta non minus quam septimi commentarii aut singulariter et proprie dicta sunt aut hic prima aut sola inveniuntur. qua in re omnes intellegunt eo minus verborum singularium proferri posse, quo maior septimus sexto commentario est.

Consulis sacramento rogare; 1, 3 id (sc. detrimentum) s a r c i r i (sed vide b. c. I 45, 2); 1, 4 ante e x a c t a m hiemem, 2, 2 inventis nonnullis civitatibus; 2, 3 a d i m p e r a t u m non venire; 3, 6 pro suggestu; 4, 2 sententia desistunt; 4, 2 adeunt per Aeduos; 4, 3 a e s t i v u m t e m p u s i n s t a n t i s b e l l i non quaestionis esse; 4, 5 p e r a g i t c o n c i l i u m; 5, 1 t o t u s e t m e n t e e t a n i m o i n b e l l u m Treverorum et Ambiorigis i n s i s t i t; 5, 3 pro e x p l o r a t o habebat Ambiorigem proelio non esse c o n c e r t a t u r u m reliqua eius consilia animo c i r c u m s p i c i e b a t; 5, 7 confugiunt; 6, 1 partitis copiis . . . effectis pontibus; 6, 2 legatos ad eum pacis petendae causa mittunt (cur non „de pace petenda?“); 7, 5 difficili transitu flumen;

7, 6 in dubium non devocaturum; 8, 2 placide progrediebatur; 8, 6 infestis signis; 9, 2 quarum una (sc. causa) erat, quod auxilia contra se Treveris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix rerceptum haberet; 9, 5 firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto; 9, 7 pro nocentibus poenas pendant; si amplius obsidum vellet, dare pollicentur (deest etiam „se“); 9, 8 aditus . . . perquirit; 10, 4 penitus ad extremos fines se recepisse; 10, 5 hanc longe introrsus pertinere et pro nativo muro obiectam; 12, 2 summa auctoritas erat in Aeduis (cur non „apud Aeduos“?); 12, 5 imperfecta re; 12, 6 qui se ad eorum amicitiam adgregaverant; 12, 7 se Remis in clientelam dicabant (cfr. 13, 3 sese in servitutem dicant nobilibus); 12, 8 repente collectam auctoritatem tenebant; 13, 1 qui aliquo sunt numero atque honore; 13, 4 sacrificia . . . procurant, religiones interpretantur; 13, 4 (deest „in“) magnoque hi sunt apud eos honore; 13, 5 si quod est admissum facinus; 13, 6 si qui . . . eorum decreto non stetit; 13, 7 his (deest „ab“) omnes decedunt (sunt, qui „de via“ suppleant) aditum sermonemque defugiunt; 13, 9 si qui ex reliquis excellit; 13, 12 illo . . . proficiscuntur; 15, 1 a bello abesse . . . tributa . . . pendunt; 14, 2 in disciplinam conveniunt; 15, 1 aliquod bellum incidit; 16, 2 immolant . . . vovent administrisque . . .; 16, 5 ad innocentium supplicia descendunt; 18 2 mensuum; 18, 3 in conspectu patris adsistere; 19, 2 pecuniae coniunctim ratio habetur; 20; 3 per concilium loqui; 21, 2 reliquos ne fama quidem acceperunt; 21, 5 cuius rei nulla est occultatio; 22, 2 una coierunt; 22, 2 alio transire; 23, 2 hoc proprium virtutis existimant; 23, 5 controversias minuunt; 23, 8 omniumque his rerum postea fides derogatur; 24, 3 habet iustitiae et bellicae laudis opinionem; 24, 4 in eadem inopia, egestate, patientia; 25, 1 Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet; 25, 3 hinc (40, 1) se flectit sinistrorsus; 27, 3 ad eas se adplicant; 27, 4 species earum stantium; 28, 2 velocitas; 28, 3 et 6 studiose; 28, 3 adsuescere ad homines; 30, 2 in ipsum incautum etiam atque imparatum incideret . . . magnae fuit fortunae . . . quod; 31, 1 tempore exclusus; 31, 5 precibus detestatus; 33, 2 ad Aduatucos adiacet; 33, 5 ad eum diem revertantur; 34 res diligentiam requirebat; 34, 4 cupiditas multos longius evorabat; 36, 1 praeceptis Caesaris (*auf Befehl*); 36, 3 con-

valuerant . . . sub vexillo una mittuntur (item 40, 4); 37, 2 sub vallo tenderent mercatores; 37, 4 circumfunduntur . . . hostes; 37, 8 novas sibi ex loco regiones fingunt: 38, 1 mentionem . . . fecimus; 38, 2 imminere hostes; 38, 4 relinquit animns Sextium . . . per manus tractus servatur; 39, 4 dispecta paucitate; 40, 1 Hinc celeriter deiecti; 40, 6 nullo etiam nunc usu rei militaris percepto . . . animos timor praeoccupaverat . . . alienata mente; 42, 3 optatissimum . . . beneficium obtulerunt; 43, 4 saepe in eum locum ventum est . . ., ut; 43, 6 noctu occultatus.

Accedit, quod multa mihi, quae singularia et propria Ihmio videbantur, non aeque mira ac nova visa sunt. VII 2, 1 his rebus agitatis (optime hoc vocabulo illustratur illud studium et navitas coniuratorum); 8, 1 represso Lucterio (cfr. I 24, 4 reiecto nostro equitatu); 14, 9 et 42, 6 impedimentis exuere (cfr. V 45, 5 armis exuere); 29, 6 orbis terrarum possit obsistere (cfr. VI 1 in bellum insistere); 26, 4 in sententia perstare (cfr. IV 21, 6 in ea sententia permanere; VI 4, 2 sententia desistunt); 26, 4 timor non recipit misericordiam (b. c. III 51, 5 res reciperet casum „zulassen“); 26, 4 anni tempore . . . . vocari (III 27, 2 anni tempore confisae); 32, 2 florentem . . . adulescentem (I 30, 3 florentissimis rebus; IV 3, 3 civitas florens; saepius „florens“ non invenitur); 34, 1 bello servire (cfr. VI 1, 1 „in bellum insistere“ semel); 41, 5 ante ortum solis (V 8, 2 ad solis occasum („beim Sonnenuntergang“); 66 interea, dum haec geruntur (cfr. V 37, 2 interim, dum de condicionibus inter se agunt); 11, 4 ductum iri; 66, 15 spoliatum iri (solum hic in comm. VII. cfr. V 36, 2 nocitum iri); 9, 4 neque diurno neque nocturno itinere intermisso (cfr. I 26, 5 nullam partem noctis itinere intermisso; ceterum „quodnam usitatum apud Caesarem esse vocabulum Ihmius putat?); cur 7, 1 „eruptio“ vocabulo „Streifzug“, non „Ausfall“ interpretandum sit, ignoro.

Neque tamen non dubito Ihmio concedere concitate haud pauca in septimo esse dicta commentario, eo minus, quod multae pugnae ac pericula in eo describuntur. nam nemo nescit aliud in pugnis ac certaminibus, aliud in regionibus et religionibus describendis esse dicendi genus. et in pugnis narrandis ubi non concitata Caesar utitur dictione?

At multo magis esset, quod miraremur, si Ihmius recte diceret scriptorem septimi commentarii rerum sententiarumque

[redacted]

silva quasi opprimi et in satisfaciendo materiae quodam modo laborare. Nam Hirtium omnes scimus contendere ceteros, quam bene. atque emendate, se etiam, quam facile atque celeriter Caesar commentarios perfecerit, scire. sed mihi quidem Caesar laborare ne minime quidem videtur.

Item multa vocabula in septimo commentario primum inveniri nihil alieni habet; nam in uno quodam commentario primum repperiantur necesse est, si quidem omnino non repperiri ea nolis, et omnia verba iam in primo vel secundo commentario inesse non possunt. ac si Caesar viginti commentarios scripsisset, vel in vicesimo verba quaedam primum inveniri, quis est, quin facile assentiatur?

Sed ut redeam, unde digressus sum, iam eos locos, de quibus supra mentionem feci, proferam.

B. g. III 9 —: 9, 1 remiges ex provincia institui nusquam invenias in Caesaris commentariis. — 8, 2 cum primum per anni tempus potuit: haec conformatio abhorret a Caesaris scribendi genere, nusquam apud Caesarem repperitur. — 9, 3 quae ad usum navium pertinent: Caesar dixisset: quae usui sunt (cf. b. g. VII 55, 7; b. c, I 45, 4). — 9, 4 propter inscientiam locorum . . . . sciebant: Caesar ita non dixisset; accedit quod „propter inscientiam . . . . sciebant“ non bene dictum est. — 9, 6 neque eorum locorum vada, portus, insulas novisse; haec non opus est scribi, nam eadem sententia inest in „inscientia locorum“. — 9, 7 concluso mari: ἅ. λ. — vastissimo atque apertissimo Oceano: nusquam repperitur nisi hic. — perspicere c. acc. c. inf. frustra requires apud Caesarem.

B. c. II 17—17, 1 amicissime loqui de: alio loco non est reperiendum. — 17, 2 praeoccupatum legatione: frustra requires. — necessitudo intercedit cum aliquo: non est Caesarianum. — fiduciaria opera: iterum apud Caesarem non invenies. — 17, 3 omnibus sermonibus ferre: abhorret a Caesaris dictione — neque se in ullam partem movere: nusquam repperietur in commentariis. — idem dicendum est de. 17, 4 se ad motus fortunae movere.

B. c. III 32, 1 generatim ad avaritiam excogitabantur: similis conformatio nusquam est. — 32, 2 columnaria, ostiaria ἅ. λ. — 32, 3 praefici cum imperio: nusquam nisi hic. — Item 32, 4 suo privato compendio servire. — honesta praescri-

ptione ἅ. λ. — 32, 5 prolationem diei donationem esse ἅ. λ. — aes alienum multiplicatum est: alio loco nusquam invenitur. — 32, 6 vectigal promutuum imperare: frustra requires in libris Caesaris.

Illa porro argumentatio, quae nixa iis verbis est, quae ἅπαξ εἰρημένα[1]) Graeci vocant, ipsa per se quam sit falsa atque inanis, ex eo licet conicere, quod in commentariis de b. g. sescenta septuaginta septem, in commentariis de b. c. quingenta verba semel inveniuntur. in commentariis de b. g. octoginta septem ἅπαξ λεγόμενα sunt, quae aut semel aut saepius in commentariis de b. c. repperiuntur, et in commentariis de b. c. nonaginta inveniebam, quae in commentariis de b. g. quoque usurpata sunt. quare si summam spectamus in utroque libello, inveniuntur fere mille; ex iis in legatorum relationibus sunt centum viginti septem. nonne contra esset, quod miraremur, si in legatorum relationibus prorsus nulla aut pauciora ἅπαξ λεγόμενα haberemus, praesertim cum hae, ut supra diximus, ex quinta utriusqne libelli parte aestimandae sint?

Sed verborum quoque conformationes, quas singulares putant esse, pro rata quidem parte certe totidem sunt in relationibus quam in ceteris commentariis.

E contrario autem id iam legentibus probaturus sum, si cetera spectamus, omni ex parte idem relationes dicendi genus eandemque componendi rationem habere, quae in ceteris quoque commentariorum partibus est.

Nam ut omittam commemorare Caesarem, quotiescunque suarum rerum gestarum narrationem finit resque legatorum referre incipit, toties fere idem retinere tempus, quod modo adhibuerat, sive praesenti sive perfecto historico usus erat, eiusmodi verba verborumque conformationes et figurae, quae amore quodam et studio Caesar usurpat, pro magnitudine quidem toties in relationibus cuiusque legati, quoties in ceteris commentariorum partibus leguntur.

Verba quaedam, quae saepe et in relationibus et in ceteris commentariorum partibus adhibentur:

---

[1]) Vocabulario *Eicherti* ἅπαξ λεγόμενα non satis accurate notata sunt, quod iis verbis, quae in genuinis Caesaris scriptis semel sed in subditiciis iterum leguntur, asteriscus (*) non additus est.

Certiorem facere, accedit quod, paucitas, contra (non „praeter") opinionem, item, alicui in contemptionem venire (b. g. III 17, 5 de Sabino legato, V 49, 7), antecedere = „superare", praeterea, pugnare acriter (non „fortiter"), coepisse et incipere cum inf. (omnino 66 locis; in relationibus 16); instituere cum inf. (omnino 24 locis; in rel. 4); minus commode; inprimis ablativus quartae declinationis: potentatu, iussu, iniussu, ductu, ictu, adventu, discessu, cursu, casu, interventu, noctu, exscensu, ascensu, concessu, alias — alias[1]; propterea quod etc.

„Ut" libenter non primo loco ponitur, sed uni vel duobus verbis postponitur: b. g. I 25, 4 multi ut ... praeoptarent, I 43; 3 ex equis ut colloquerentur; I 46, 4 colloquium ut diremisset; III 4, 1 (Galba) vix ut .... tempus daretur; III 18, 7 (Sabinus) arma ut capiant; III 21, 3 (Crassus) seque in deditionem ut recipiat; IV 2, 2 summi ut sint laboris; IV 11, 2 sibique ut potestatem faceret; IV 27, 4 propter imprudentiam ut; V 36, 3 pugna ut excedant (Sabinus et Cotta); VI 32, 2 ad se ut reducentur. — b. c. III 79, 1 et suis ut esset auxilio etc.

B. g. IV 29, 7 uno tempore et ... et; III 19, 5 (Sabinus) uno tempore et ... et; VII 61, 3 (Labienus) uno tempore et ... et; VII 73, 1 eodem tempore et ... et; b. c. I 62, 3 eodem tempore ... et; II, 32, 4 uno tempore et ... et; III 73, 2 uno tempore et ... que.

Stare per (= „impedire") b. c. I 41, 3 et II 13, 14 (de Trebonio legato).

Ut tum accidit: b. g. VII 3, 2, (leg. rel.); b. c. I 80, 1; II 4, 4 (Brutus); III 68, 1; cf. b. c. III 44, 2.

Verba abundantia: b. g. I 6, 1 itinera, quibus itineribus; III 1, 4 (Galba) vico .... qui vicus; b. c. II 10, 1 (Trebonius) musculum ..., cuius musculi; III 26, 4 portum ..., cuius portus.

B. g. IV 37, 1 non ita magno; V 47, 3 non ita multum; b. c. II 6, 1 (Brutus) non ita multo.

---

[1]) *Wölfflin*, Archiv f. lat. Lexicographie, pag. 235 s... n esse dicit Caesarem nunquam „modo — modo", sed tantum „alias — a... are, cum Cicero rarissime hoc verbum adhiberet; cf. b. g. II 29, 5; ... rassus); V 54, 1; V 57, 3 (Labienus); b. c. I 59, 2. 64, 1. — Cf. etiam ... ot. 2.

Quid fieri velit (vellet) ostendit (edocet): b. g. III 18, 2 (Sabinus); III 26, 1 (Crassus); IV 23, 5 (quae); V 2, 3; VII 16, 2 (imperabant); VII 27, 1; VII 38, 4; VII, 45, 7; b. c. III 89, 4; III 108, 2.

Alliterationes: (inprimis litterae „c" praecipue apud nomina propria): b. g. I 5, 4 ad se socios sibi; I 18, 5 suo sumptu semper; I 23, 3 confiderent commutato consilio; I 42, 1 et 2 cognito Caesaris . . . condicionem Caesar; I 51, 1 minus multitudine militum; II 10, 4 coepit, consilio convocato constituerunt; II 30, 2 crebrisque castellis circummuniti; III 5, 3 (Galba) convocatis centurionibus celeriter milites certiores; III 13, 8 commode copulis continebantur; III 25, 1 (Crassus) Crassus confidebat . . . caespitibus comportandis; IV 6, 1 consuetudine cognita Caesar; IV 27, 7 convenire et se civitatesque suas Caesari commendare coeperunt; V 8, 6 Caesar ex captivis cognovit, cum magnae manus; V 18, 1 Caesar cognito consilio; V 33 1 (Sabinus et Cotta) consilium capere coguntur; V 52, 4 Cottae certius ex captivis cognoscit; VII 29, 1 concilio convocato consolatus cohortatusque est; VII 57, 2 (Labienus) civitatibus copiae convenerunt. — B. c. I 13, 4 Caesaris consecuti milites consistere coëgerunt. commisso; I 14, 5 conventus Campaniae custodiae causa; I 20, 1 Divulgato Domitii consilio (sed: cognito Caesaris consilio); I 33, 4 cuius cognito consilio Caesar; I 40, 3 cum cotidiana consuetudine egressae pabulatoribus praesidio propiore ponte; I 64, 1 Caesaris castris erant coniuncta cernebantur; II 4, 5 (Brutus) confirmant et consilia communicant; II 11, 1 (Trebonius) promovent praecipitataque . . . musculo milites . . . telis tormentisque . . . repentina ruina; II 14, 2 (Treb.). testudo, turris, tormenta; II 15 (Treb.) multo maiore. militum . . . longe lateque . . . cratibus consternitur, crates; II 20, 2 Progresso ei paulo longius litterae . . . Gallonium Gadibus . . . signa sustulit seseque; II 27, 2 castris Curionis cum; II 38, 2 credens consilium commutat et proelio rem committere constituit; II 40, 1 custodiae causa circum; II 41 suis signum Saburra . . . mortem miserabantur; III 1, 1 Dictatore habente comitia Caesare consules creantur; III 78, 5 Caesaris consilio coniectura; III 82, 1 Pompeius paucis post; etc.

Anaphorae: b. g. I 14, 3 quod . . . . quod . . . quod; b. g. I 16, 5 qui . . . quem . . . qui; I 19, 1 quod . . . quod . . . quod; I 33, 5 tantos . . . tantam; I 43, 4 quod . . . quod . . . quod; IV 19, 4 ut . . . ut . . . ut; V 6, 1 magni animi, magnae . . . auc-

toritatis; V 27, 2 (Sabinus et Cotta) quod . . . quod . . . quodque; V 40, 5 (Cicero) non aegris, non vulneratis; VI 17, 1 huius . . . hunc . . . hunc . . . hunc . . . post hunc . . .; VI 22, 3 ne . . . ne . . . ne . . . ne; VI 34, 1 non . . . non; VI 35, 7 non hos palus . . ., non silvae; VI 36, 3 (Cicero) magna . . . multitudo . . ., magna vis; VII 20, 1 quod . . . quod . . . quod . . . quod; VII 28, 4 non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus (cf. V 40, 5 Cicero); VII 38, 2 omnis noster equitatus, omnis nobilitas; VII 52, 3 non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus; VII 59, 1 (Labienus) iam . . . iam. — B. c. I 21 6 quid . . . quid . . . quid . . . quid; I 22, 4 quod . . . quod . . . quod; I 47, 3 quod . . . quod . . . quod; I 49, 1 multum . . . multum; I 51, 2 et 3 nullus . . . nullum — erant . . . erant . . . erant; I 56, 2 (Brutus) magnum . . . magnum; I 67, 4 multum . . . multum; I 71, 3 quod . . . quod . . . quod; I 84, 4 prohiberi . . . prohiberi; I 85, 7 nihil . . . nihil; II 8, 2 (Trebonius) huc . . . hinc . . . hinc; II 9 (Trebonnius) ubi . . . ubi . . . ubi . . . ubi; II 18, 3 certis . . . certis; II 21, 1 quod . . . quod . . . quod . . . quod; II 32, 5 (Curio) duos . . . duos . . . duas; II 82, 11 (Curio) quod . . . quod . . . quod . . . quod; II 37, 6 (Curio) non . . . non; III 72, 2 non . . . non . . . non . . . non . . . non . . . non . . . non . . . non; III 73, 3 quod . . . quod . . . quod; III 79, 4 haec . . . haec . . . et multa alia.

Quod adhuc effeci, ratione quadam, quam institui, maximo opere confirmatur[1]).

	Loci Caesaris	Loci legatorum	summa	ratio
I. Coni. adversat.	255	60	(255 + 60) =	315 : 5[2]) = 63
II. Coni. consecut.	69	18	(69 + 18) =	87 : 5 = 17—18
III. Coni. causal.	107	29	(107 + 29) =	136 : 5 = 27—28
IV. Praes. hist.	1447	353	(1447 + 353) =	1800 : 5 = 360
V. Perf. hist.	938	236	(938 + 236) =	1174 : 5 = 235
VI. Copulatio rel.	314	77	(314 + 77) =	391 : 5 = 78
VII. Cop. demonstr.	698	159	(698 + 159) =	857 : 5 = 171
VIII. Cop. asynd.	1131	197	(1131 + 197) =	1328 : 5 = 266
IX. Verbum primo loco positum est	214	54	(214 + 54) =	268 : 5 = 53-54

1) Cf. etiam *Heynacher:* Tabellarische Uebersicht der syntaktischen Hauptregeln im bellum Gallicum.

2) Vide adnot. I.

Adnot. I. Legatorum relationes cum hi loci sint putandi: B. g. III c. 1, 3 — c. 9; III c. 17 — c. 28; V c. 26 — c. 46; V c. 55 — c. 58; VI c. 7 — c. 9; — VI c. 36 — c. 41, VII c. 1, 2 — c. 6; VII c. 57 — c. 63. — B. c. I c. 40; I c. 56—59; II c. 1 — c. 17; II c. 23 — c. 44; III. c. 23—25; III c. 35—41; III c. 100—102, ex quinta utriusque libelli parte aestimandae sunt.

Adnot. II. Mirum etiam est et in legatorum relationibus et in ceteris commentariorum partibus „inf. fut. act. et pass. (atque etiam inf. perf. pass.) semper fere vocabulo „esse“ carere.[1])

Caesaris loci: infinit. futuri activi 170, passivi 97
legatorum loci: „ „ „ 17, „ 14

Ratio eodem modo apud Hirtium instituta haec est:

	Caesar	Hirtius	summa	ratio
I. Coni. advers.	315	35	(315 + 35) =	350 : 12[2]) = 29
II. Coni. consec.	87	2	(87 + 2) =	89 : 12 = 7 – 8
III. Coni. causal.	136	34	(136 + 34) =	170 : 12 = 14
IV. Praes. hist.	1800	153	(1800 + 153) =	1953 : 12 = 163
V. Perf. hist.	1174	42	(1174 + 42) =	1216 : 12 = 101
VI. Copul. relatio.	391	63	(391 + 63) =	454 : 12 = 38
VII. Cop. demonstr.	857	28	(857 + 28) =	885 : 12 = 74
VIII. Asynd.	1328	83	(1328 + 83) =	1411 : 12 = 118
IX. Verbum primo loco positum	268	19	(268 + 19) =	287 : 12 = 24

Adnot. I. Hirtii commentarius e duodecima utriusque Caesaris libelli parte est aestimanda.

Adnot. II. Haec ratio modo instituta etsi haud scio an illi aut illi leviter rem intuenti puerilis quodam modo et inanis videatur, tamen fieri non potest, ut mihi non concedat, mirum esse ratione apud Hirtium, qui Caesarem imitatus est, plane aliud effici, quam apud legatos, qui imitari Caesarem non potuerunt. id sine dubio ne fastidiosissimum quidem fugiat, Caesarem et omnes legatos studio quodam copulationes demonstrativas usurpare, fugere relativas, Hirtium has adamare, fugere illas.

Si denique Petersdorffius opinionem suam confirmaturus mirum esse dicit, cur magnam omnes loci, quibus res ab eodem legato gestae relatae sint, scribendi habeant similitudinem, aliquid mihi quidem non modo non dixisse sed refutasse potius quam confirmasse sententiam suam videtur. nam illud nunc demonstrabo, dicendi genus non modo eiusdem legati sed omnium et ipsius Caesaris tam proprium, tam simile, tam, ut

1) Cf. *Dittenberger*, Hermes III 375 ss.
2) vide adnot. I.

ita dicam, idem esse, ut neminem iam dubitaturum esse putem, quin, quae Caesari de rebus gestis rettulerunt legati, suis ea verbis litteris mandaverit Caesar. nam si recte iudicat Cicero (de or. III 34) quot oratores totidem paene repperiri genera dicendi, idem de scribendi genere statuere licet, et si unum dicendi genus in commentariis invenimus, unum scriptorem fuisse pro certo est proponendum.

Relatio Galbae legati b. g. III 6.

1) Quod iussi sunt faciunt b) ac subito omnibus portis eruptione facta c) neque cognoscendi, quid fieret, neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt — V 37, 1 (Sabinus) iussus arma abicere imperatum facit — b. g. III 21, 3 (Crassus) arma tradere iussi faciunt — b. c. I 78, 1. quod iussi erant efferre — b) b. g. III 19, 2 (Sab.) subito duabus portis eruptionem fieri — V 51, 5 omnibus portis eruptione facta. — c) b. g. III 26, 3 (Crassus) quid rei gereretur, cognosci — b. c. II 11, 3 (Trebonius) non datur muri defendendi facultas — V 17, 4 neque sui colligendi neque consistendi facultatem dederunt. — Hic: facultatem relinquere; sed facultatem tribuere nisi b. c. I 5, 2 nusquam invenitur, praeterea b. g. III 4, 4 (Galba legatus) facultas dabatur.

2) Ita commutata fortuna eos, b) qui in spem potiundorum castrorum venerant, c) undique circumventos interficiunt d) et ex hominum milibus amplius XXX, quem numerum barbarorum ad castra venisse constabat, e) plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coniciunt ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur — b. c. II 33, 2 (Curio) quo facto commutata voluntate; b. c. III 27, 1 et VII 63, 8 fortunae commutationem — b. c. III 27, 2 tempore commutato — b) b. g. I 18, 9 summam in spem regni obtinendi venire — b. g. II 7, 2 spes potiundi oppidi. — c) b. g. III 26, 5 (Crassus) undique circumventi; V 37, 2 (Sabinus) circumventus interficitur — b. c. I 55, 2 circumveniunt atque interficiunt — d) b. g. VII 88, 4 pauci ex tanto numero — b. g. III 26, 6 (Crassus) ex milium L numero, quae ex Aquitania convenisse constabat, vix quarta parte relicta — e) b. g. V 58, 4 (Sab.) proterritis hostibus atque in fugam coniectis; IV 12, 2 compluribus deiectis reliquos in fugam coniecerunt atque ita perterritos egerunt; b. c. I 65, 1 in locis superioribus constitit.

3) Sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis b) se in castra munitionesque suas recipiunt; V 51, 5 omnes armis exuit. — b) b. g. II 11, 6 (Sab.) seque in castra receperunt; b. c. I 75, 1 seque in castra recipit; V 44, 12 (Cicero) sese intra munitiones recipiunt.

4) Quo proelio facto, b) quod saepius fortunam temptare Galba nolebat atque alio se in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus viderat, d) maxime frumenti commeatusque inopia permotus postero die c) omnibus eius vici aedificiis incensis in provinciam f) reverti contendit g) ac nullo hoste prohibente aut iter demorante h) incolumem legionem in Nantuatis, inde in Allobroges perduxit ibique hiemavit. — b. g. I 13, 1 et II 28, 1 hoc proelio facto. — b) V 55, 2 (Sab.) non esse amplius fortunam temptaturos — b. c. III 60, 3 temptare fortunam. — c) IV 6, 1 bello occurreret; b. g. I 33, 5 quibus rebus occurrendum putabat — d) VII 59, 1 inopia frumenti coactum in provinciam contendisse — b. g. III 23, 7 (Crass.) frumentum commeatumque; VII 38, 9 frumenti commeatusque — e) b. g. II 7, 3; III 29, 3; IV 19, 1 omnibus vicis aedificiisque incensis — f) IV 20, 1 proficisci contendit (nusquam nisi hoc loco) — g) b. g. II 12, 2 paucis defenenddibus (solum hoc loco) — h) b. g. VII 5,6 4 incolumem exercitum traduxit; VII 59, 4 incolumem exercitum Agedincum reduceret; V 23, 6 incolumes naves perduxit.

Relatio Sabini legati b. g. III 18. et 19.

1) Hac confirmata opinione timoris b) idoneum quendam hominem et callidum delegit Gallum ex iis, quos auxilii causa secum habebat — VI 37, 9 (Cicero) confirmatur opinio; b. g. III 24, 5 (Crassus) opinione timoris; V 57, 4 (Labienus) timorisque opinionem augebat — b) b. g. II 17, 1 qui locum idoneum deligant; VII 31, 2 idoneos homines deligebat; b. g. II 24, 4 auxilii causa venerant; b. g. I 8, 1 quam secum habebat.

2) Huic magnis praemiis pollicitationibusque persuadet, uti ad hostes transeat, et quid fieri velit edocet. — b. g. III 26, 1 (Crassus) ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri velit, ostendit; V 45, 3 (Cic.) magnis persuadet praemiis, ut; b. c. III 108, 2 hunc incitatum pollicitationibus, quae fieri vellet, edocuit; VII 38, 4 edocuerat, quae dici vellet.

3—4) Qui ubi pro perfuga ad eos venit, b) timorem Romanorum proponit, c) quibus angustiis ipse Caesar prematur docet, d) neque longius abesse, e) quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat et ad Caesarem f) auxilii ferendi causa proficiscatur — b. c. III 109, 5 pro occiso sublatus — b) VI 7, 8 quid sit consilii proponit; b. c. I 3, 7 voluntatem proponant; VII 71, 3 sua merita proponit. — c) b. c. III 15, 3 summis angustiis premebantur; b. g. II 5, 2 docet, quantopere. — d) V 2, 2 neque multum abesse, quin (nusquam repperitur, nisi hic). — e) b. g. I 50, 1 proximo die Caesar e castris copias eduxit. — f) b. g. I 44, 6 sui muniendi, non Galliae impugnandae causa.

5) Quod ubi auditum est, conclamant omnes occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse, ad castra iri oportere — VII 76, 7 conclamant confirmari oportere; V 57 1 (Labienus) ne quam occasionem rei gerendae dimittant; b. c. III 97, 1 negotii gerendi facultatem dimitterent; semel quoque legitur: b. c. III 25, 1 praetermittere occasionem.

6) Multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio, inopia cibariorum, cui rei parum ab iis erat provisum, spes Venetici belli et quod fere libenter homines id quod volunt credunt — Conferas cum toto hoc loco: b. g. III 10, 1 multa Caesarem tamen ad id bellum incitabant: iniuriae retentorum equitum Romanorum, rebellio facta post deditionem, defectio datis obsidibus, tot civitatum coniuratio, inprimis ne hac parte neglecta reliquae nationes sibi idem licere arbitrarentur. — Hac in re id praesertim moneo, in utroque loco quinque esse partes, de quibus primae quaternae substantiva abstracta, quinta quaeque confirmatio sunt. — Cf. etiam b. g. I 33, 2 multae res eum hortabantur. — b. c. II 27, 2 (nam quae volumus, et credimus libenter, et quae sentimus ipsi, reliquos sentire speramus).

7) His rebus adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant et ad castra contendant. — b. g. I 3, 1 his rebus adducti; IV 12, 2 non prius . . . quam; I 43, 3 ex equis ut colloquerentur; b. g. III 21, 3 (Crassus) seque in deditionem ut recipiat; b. g. II 19, 8 ad castra contenderunt.

8) Qua re concessa laeti, ut explorata victoria, sarmentis virgultisque collectis, b) quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt — VI 3, 2 ea praeda militibus concessa — b) VII 15, 2 prope explorata victoria; V 43, 3 (Cicero) sicuti explorata victoria; sarmentis ἅ. λ. — c) V 40, 3 (Cic.) fossam complent; b. g. III 5, 1 (Galba) fossas complere; V 51, 4 fossas complere.

cap. 19[1]. — 1) Locus erat castrorum editus et paulatim ab imo acclivis circiter passus mille. b) huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique pervenerunt. — b. g. I 43, 1 Planicies erat magna . . . . . hic locus; b. g. I 12, 1 Flumen est Arar; b. g. II 8, 2 collis paululum ex planicie editus . . leniter fastigatus paulatim ad planiciem; VII 19, 1 Collis erat leniter ab infimo acclivis; VII 55, 1 Noviodunum erat oppidum. . . . huc — b) b. g. I 38, 7 huc magnis itineribus contendit — c) IV 13, 4 ad consilia capienda nihil spatii dandum — d) p. g. II 23, 1 cursu ac lassitudine exanimatos — b. c. III 92, 2 cursu exanimari.

2) Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat. impeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera, subito duabus portis eruptionem fieri iubet; — IV 21, 6 hortatus; — b. c. I 66, 2 impediti sub onere; cf. b. g. I 16, 2 propter frigora VII 24, 3 duabus portis eruptio fiebat; VII 69, 7 subito eruptio fieret (cf. V 41, 4).

3) Factum est opportunitate loci, b) hostium inscientia ac defetigatione, c) virtute militum et superiorum pugnarum exercitatione, d) ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent ac statim terga verterent — b. c. I 38, 4 loci opportunitatem; b. g. III 12, 4 opportunitatibus loci — b) inscientia locorum, III 13, 6 eius usus inscientiam; defetigatione ἅ. λ. — c) b. g. II 20, 3 superioribus proeliis exercitati (conferas velim omnem eum locum); b. c. III 93, 1 superioribus pugnis exercitati — d) IV 35, 2 diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt ac terga verterunt; b. g. III 2, 4 (Galba) ne primum quidem posse impetum suum sustineri.

4) Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti magnum nummerum eorum occiderunt, reliquos equites consectati paucos, qui ex fuga evaserant, reliquerunt — b. g. I 12, 3 eos impeditos et inopinantes aggressus magnam partem eorum

---

[1]) Alterum caput inquisivi, ne cui haec quaestio casu niti videatur.

concidit, reliqui sese fugae mandarunt; b. g. II 23, 1 insecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt; b. g. II 11, 4 prosecuti magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt — integris viribus b. g. III 4, 2 et 3 (Galba) integris viribus.

Relatio Crassi legati b. g. III 21.

1) Pugnatum est diu atque acriter, b) cum Sontiates superioribus victoriis freti in sua virtute totius Aquitaniae salutem positam putarent, c) nostri autem, quid sine imperatore et sine reliquis legionibus adulescentulo duce efficere possent, perspici cuperent: d) tandem confecti vulneribus hostes terga vertere — b. g. I 26, 1 diu atque acriter pugnatum est; IV 26, 1 pugnatum est ab utrisque acriter — b) VII 17, 3 superioribus victoriis; VI 5, 7 praesidio freti; V 29, 6 (Sabinus et Cotta) unam esse in celeritate positam salutem; VII 25, 1 omnem Galliae salutem in . . . positam arbitrarentur — c) cf. pag. 14 med. d) b. g. II 27, 1 vulneribus confecti; b. g. I 53, 1 hostes terga verterunt (cf. etiam b. g. III 19, 3 Sab.)

2) Quorum magno numero interfecto Crassus, b) ex itinere oppidum Sontiatum oppugnare coepit. quibus fortiter resistentibus vineas turresque egit — V 17, 4 magnoque eorum numero interfecto; VI 8, 7 (Sab.) magno numero interfecto — b) b. g. II 6, 1 Id ex itinere oppugnare coeperunt (cf. II 12, 2); b. c. I 36, 4 turres vineasque agere; b. c. II 1, 1 (Trebon.) vineas turresque agere.

3) Illi alias[1]) eruptione temptata, b) alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, c) propterea quod multis locis apud eos aerariae secturaeque sunt, d) ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerunt, e) legatos ad Crassum mittunt, f) seque in deditionem ut recipiat, petunt. g) qua re impetrata arma tradere iussi faciunt. — b. g. I 14, 3 nusquam nisi hic legitur iter temptare — b) VII 22, 2 aggerem cuniculis subtrahebant, eo scientius, quod apud eos magnae sunt ferrariae. — c) aeraiae ἅ. λ. — d) VI 29, 4 si quid oportunitate temporis proficere posset; b. c. III 58, 2 ubi nihil profici equitatu cognovit — e) b. g. I 7, 3 et 13, 2 legatos ad eum mittunt — f) aliis locis in deditionem accipere, sed hic recipere bene dictum est, quod iam antea in hoc statu erant. — g) b. g. I 31, 2 ea re impetrata; b. c. III 97, 2 qua re impetrata.

1) Cf. pag. 31. adnot 1.

Relatio Sabini et Cottae legatorum V 26.

1) Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna ventum est, b) initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab. Ambiorige et Catuvolco — b. g. II 2, 5 diebus circiter quindecim — b. g. I 43, 4 ubi eo ventum est; IV 28, 1 post diem quartum, quam est in Britanniam ventum — b) b. c. I 35, 1 ne initium inferendi belli ab Massiliensibus oriatur; VII 47, 4 repentino tumultu; VI 3, 4 initium belli ac defectionis.

2) Qui cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent, b) frumentumque in hiberna comportavissent, Indutiomari Treveri c) nuntiis impulsi suos concitaverunt, d) subitoque oppressis lignatoribus, c) magna manu ad castra oppugnatum venerunt -- b. c. II 19, 1 principesque omnium civitatum sibi esse praesto Cordubae vellet — b) b. g. III 9, 8 frumenta in oppida comportant — c) VII 1, 3 hac impulsi occasione (modo hoc loco); VII 42, 6 maiorem multitudinem concitant; VII 77, 7 Galliam, quam concitavimus; VII 8, 3 quibus oppressis inopinantibus; VII 7, 2 magna coacta manu; V 56, 5 castra Labieni oppugnaturum.

3) Cum celeriter nostri arma cepissent vallumque ascendissent atque b) una ex parte Hispanis equitibus emissis equestri proelio superiores fuissent, c) desperata re hostes suos ab oppugnatione reduxerunt — b. c. III 11, 3 murum ascendere atque arma capere; V 43, 3 (Cicero) vallum ascendere — b) VII 5, 5 una ex parte; V 58, 4 duabus portis equitatum emittit; V 51, 4 equitatuque emisso; VII 80, 4 pugna superiores esse — c) b. g. II 24, 4 desperatis nostris rebus; b. g. III 26, 5 (Crassus) desperatis omnibus rebus; VII 88. 5 desperata salute copias a munitionibus reducunt.

4) Tum suo more conclamaverunt, b) uti aliqui ex nostris ad colloquium prodiret, c) habere sese, quae de re communi dicere vellent, d) quibus rebus controversias minui posse sperarent — VII 21, 1 conclamat et suo more armis concrepat (ἅ. λ.) b) b. c. III 16, 3 evocantur illi ad colloquium. prodit; b. g. I 35, 2 in colloquium... de communi re dicendum — c) b. g. I 30, 4 sese habere quasdam res, quas petere vellent, d) VI 23, 5 controversiasque minuunt.

Relatio Ciceronis legati V 40.

1) Mittuntur ad Caesarem confestim ab Cicerone litterae, b) magnis propositis praemiis, si pertulissent; c) obsessis omnibus viis missi intercipiuntur — VII 89, 3 mittuntur de his rebus ad Caesarem legati; IV 32, 2 et V 18, 4 confestim; b. c. I 1, 1 Litteris a Caesare — b) V 58, 5 (Sab.) magna proponit praemia, b. c. I 17, 1 magno proposito praemio cum litteris mittit; b. c. I 53, 2 quibus litteris nuntiisque perlatis — c) III 24, 2 (Crassus) obsessis viis; V 48, 4 intercepta epistola; b. c. I 55, 1 magnum numerum hominum intercipiunt.

2) Noctu ex materia, quam munitionis causa comportaverant, turres admodum CXX excitantur incredibili celeritate; quae deesse operi videbantur, perficiuntur — IV 18, 1 materia coepta erat comportari; VII 48, 1 qui munitionis causa convenerant — b) b. g. III 14, 4 turribus excitatis; b. c. I 25, 10 turres excitabat — incredibili celeritate b. g. II 19, 7; III 29, 2; V 53, 1.

3) Hostes postero die multo maioribus coactis copiis castra oppugnant, b) fossam complent. eadem ratione, qua pridie c) ab nostris resistitur — b. g. III 20, 13 (Crassus) magnis copiis coactis; VII 66, 4 maioribus coactis copiis; V 53, 2 postero die castra oppugnare; V 22, 1 coactis omnibus copiis castra oppugnent — b) V 51, 4 fossas complere (cf. supra pag. 38); V 17, 1 Postero die lenius — quam pridie — c) I 31, 4 resisti posset; V 30, 1 (Sab. et Cotta) cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur.

4) Hoc idem reliquis deinceps fit diebus — b. g. III 29, 1 reliquis deinceps diebus; VII 15, 1 hoc idem fit in reliquis civitatibus.

5) Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur, b) non aegris, non vulneratis facultas quietis datur (vide supra pag. 38) — V 11, 6 ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis; V 55, 1 (Sabinus) nullum tempus intermiserunt — b) cf. (VI 34 et VII 28, 5); b. g. I 32, 5 fugae fucultas daretur; b. c. II 11, 3 (Trebonius) non datur muri defendendi facultas.

6) Quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur, b) multae praeustae sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur, c) turres contabulantur, pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur — cf. b. g. I 34, 2 et III 46, 4 (Galba); b. g. I 6, 4 omnibus rebus ad profectionem comparatis; — VII 81, 2 quae ad oppugnationem pertinent, parant

administrare — b) b. g. V 21, 6 magnus numerus .... multique; VII 82, 1 pilis muralibus — c) VII 22, 3 murum turribus contabulaverant. — Ipse Cicero etc. cf. pag. 17. med.

Relatio Labieni legati V 57.

1) Labienus cum et loci natura et manu munitissimis castris sese teneret, b) de suo ac legionis periculo nihil timebat; c) ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat. — b. g. III 23, 2 (Crassus) oppidium et natura loci et manu munitum; b. g. I 49, 1 castris se tenere; III 17, 5 (Sabinus) castris sese tenebat — b) b. c. III 27, 2 qui nostris navibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur; b. g. III 3, 1 (Galba) nihil de bello timendum — c) b. c. I 28, 2 ne quam rei gerendae facultatem dimittat; VII 44, 1 facultas bene rei gerendae.

2) Itaque a Cingetorige atque eius propinquis oratione Indutiomari cognita, quam in concilio habuerat, b) nuntios mittit ad finitimas civitates equitesque undique evocat, d) his certum diem conveniendi dicit — V 47, 4 interitu Sabini et caede cohortium cognita; VII 49, 2 cognito Litavicci consilio et 63, 1 defectione Aeduorum cognita — b) VI 34, 8 dimittit ad finitimas civitates nuntios; b. c. III 80, 1 ad Caesarem legatos miserat — c) b. c. I 33, 2 equitum, quos evocaverat — d) b. g. I 6, 4 diem dicunt, qua die conveniant.

3) Interim prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius vagabatur, b) alias ut situm castrorum cognosceret alias colloquendi aut territanti causa; d) equites plerumque omnes tela intra vallum coniciebant — b. g. I 42, 4 cum equitatu; VII 20, 1 cum omni equitatu; IV 11, 6 interim cum omni equitatu — b) alias — alias cf. supra pag. 31. VII 83, 1 castrorum situs cognoscunt — c) V 54, 1 alias territando, alias cohortando; V 27, 1 (Sabinus et Cotta) colloquendi causa. — d) V 37, 5 (Sabinus et Cotta) aquilam intra vallum proiecit (cf. V 48, 5 ut tragulam intra munitionem castrorum abiciat); V 51, 1 tela intra munitionem coniciunt; I 46, 1 et 47, 2 equites tela conicere.

4) Labienus suos intra munitiones continebat, b) timorisque opinionem, quibuscumque poterat rebus, augebat — b. c. III 76, 1 omnes intra vallum castrorum continuit — b) cf. pag. 36, 1); V 7, 1 quibuscunque rebus posset.

Relatio facta de nescio quo legato VII 5.

1) His suppliciis celeriter coacto exercitu Lucterium Cadurcum, b) summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit; c) ipse in Bituriges proficiscitur — b. g. III 17, 2 exercitum coëgerat — b) b. g. I 18, 3 Dumnorigem, summa audacia; b. c. I 25, 2 profectos cum magna parte exercitus; b. g. III 11, 1 legatum in Treveros cum equitatu mittit — c) IV 21, 3 ipse in Morinos proficiscitur VI 5 ,6 ipse in Menapios proficiscitur; VII 11, 3 ipsc Cenabum Carnutum proficiscitur.

2) Eius adventu Bituriges ad Aeduos, quorum erant in fide (cf. supra pag. 16. adnot 1 et 3), legatos mittunt subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint — b. g. I 7, 3 ubi de eius adventu certiores facti sunt legatos, ad eum mittunt (cf. b. g. I 42, 1; II 30, 1; IV 34, 1) b. g. I 11, 2 legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium; V 36, 1 (Lab. et Cotta) ad eum mittit rogatum. eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt usi deprecatoribus Remis, quorum erant in clientela — b) b. g. I 8, 2 quo facilius prohibere possit; VII 29, 7 quo facilius repentinos hostium impetus sustinerent.

3) Aedui de consilio legatorum, quos Caesar ad exercitum reliquerat, b) copias equitatus peditatusque subsidio Biturigibus mittunt — VII 49, 1 legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit — b) V 47, 5 omnes equitatus peditatusque copias; VII 86, 1 subsidio laborantibus mittit; b. c. I 40, 7 (Fabius) subsidio nostris miserat.

4) Qui cum ad flumen Ligerim venissent, quod Bituriges ab Aeduis dividit, b) paucos dies ibi morati neque flumen transire ausi c) domum revertuntur legatispue nostris renuntiant d) se Bitarigum perfidiam veritos revertisse, e) quibus id consilii fuisse cognoverint, ut, f) si flumen transissent, una ex parte ipsi, altera Arverni se circumsisterent — b. g. I 1, 2 Gallos ab Aquitanis Garumna flumen dividit — b) b. g. II 7, 3 paulisper morati agrosque depopulati; IV 19, 1 Caesar paucos dies in eorum finibus moratus — VII 20, 6 qui dimicare non ausi se receperint — c) b. g. I 54, 1 domum reverti coeperunt — b. g. II 24, 5 hostes potitos civitati renuntiaverunt, — d) IV 15, 5 illi supplicia veriti VI 44, 2 nonnulli iudicium veriti profugerunt. — c) b. c. I5 7, 1 (Brutus) qui sibi id muneris; VII 77, 11 quid ergo mei consilii est?; VI 7, 8 (Labienus) quid sui sit consilii — f) b. g. I 13, 2

ut flumen transirent; b. c. I 40, 3 (Fabius) cum flumen transissent; b. g. I 2, 3 una ex parte . . . altera ex parte; V 44, 8 (Cicero) impeditumque hostes circumsistunt; V 7, 9 circumsistunt hominem. De reliquis conferas velim, quae supra exposui pag. 14 .med.

Relatio Bruti legati b. c. II 3.

1) et 2) Interim L. Nasidius, ab Cn. Pompeio cum classe navium sedecim, in quibus paucae erant aeratae, L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus, b) freto Siciliae imprudente atque inopinante Curione pervehitur adpulsisque Messanam navibus atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta ex navalibus eorum unam deducit — b. c. III 23, 1 (Antonius) cum classe navium L; b. g. II 26, 5 legionem subsidio nostris misit; V 15, 4 missis subsidio cohortibus a Caesare; V 15, 3 imprudentibus nostris atque occupatis; VII 8, 3 oppressis inopinantibus; b. c. II 38, 4 (Curio) imprudentis atque inopinantis — c) b. g. III 12, 3 magno numero navium adpulso; b. c. III 72, 4 terroris repentini; b. c. II 22, 5 naves ex navalibus educunt.

3) Hac adiuncta ad reliquas naves cursum Massiliam versus perficit praemissaque clam navicula Domitium Massiliensesque b) de suo adventu certiores facit eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant — b. c. III 89, 1 sic adiunxit octavam; b. c. III 97, 2 Larisam versus se recipere; b. c. III 28, 1 cursu confecto — b) V 47, 1 de Crassi adventu certior factus; VII 70, 3 praesidio addito.

Relatio Trebonii legati b. c. II 8.

1) Est animadversum ab legionariis, qui dextram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus b) magno sibi esse praesidio posse, si ibi c) pro castello, ac receptaculo d) turrim ex latere sub muro fecissent — VI 27, 4 est animadversum a venatoribus; b. c. III 50, 1 animadvertissent ex ignibus; b. c. 1, 26, 2 haec administrabat; VII 22, 4 crebris eruptionibus — b) b. g. I 44, 5 sibi praesidio esse oportere — d) b. g. VII 14, 9 receptacula; I 26, 3 quod pro vallo obiecerant; II 33, 2 scutis ex cortice factis; V 42, 5 turres facere.

2) Quam primo ad repentinos incursus humilem parvamque fecerunt. b) huc se referebant; hinc, si qua maior oppresserat

vis, propugnabant; hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. patebat haec quoque versus pedes triginta, sed parietum crassitudo pedes quinque; — VII 36, 7 tuto ab peqentino incursu commeare; VII 65, 1 ad hos omnes casus provisa erant praesidia — c) Cf. VII 55, 2 huc . . . contulerunt huc . . .; V 9, 6 ex silvis propugnabant; VII 86, 5 ex turribus propugnantes; "oppresserat" obiectum facile suppletur; verbum ipsum saepe usurpat Caesar; b. c. II 41, 4—6 (Curio) fugientes prosequi . . . . ex acie procucurrissent . . . . procurrere V 9, 4 repulsi . . . 9, 8 fugientes prosequi — c) b. c. I 25, 6 rates duplices quoque versus pedum triginta.

3) Postea vero, ut est rerum omnium magister usus (vide, quid supra pag. 23, not. 1 de eius modi sententiis Caesarianis dictum sit), hominum adhibita sollertia inventum est magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata. — cf. VII 22, 1 ut est summae genus sollertiae; b. c. III 26, 1 (Antonius) adhibita audacia et virtute; III 98, 3 hac adhibita diligentia; b. g. II 9, 5 magno nobis usui erant (III 14, 5 et IV 22, 2); V 42, 5 turres ad altitudinem parare.

Relatio Curionis legati b. c. II 24.

1) Curio Marcium Uticam navibus praemittit; ipse eodem cum exercitu proficiscitur, b) biduique iter progressus ad flumen Bagradam pervenit — IV 21, 1 Volusenum cum navi longa praemittit . . . ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur; V 11, 7 ipse eodem proficiscitur — b) IV 7, 2 paucorum dierum iter; IV 4, 5 tridui viam progressi; b. c. III 96, 4 ad mare pervenit.

2) Ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus reliquit, b) ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana, c) quod is locus peridoneus castris habebatur — VII 40, 3 C. Fabium legatum cum legionibus reliquit — b) VII 54, 1 antecedere ad confirmandam civitatem — c) V 9, 1 et loco castris idoneo capto; peridoneus est ἅ. λ. (sed V 15, 4 perexiguus quoque ἅ. λ.)

3) Id autem est iugum directum eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore fastigio ab ea parte, quae ad Uticam vergit — b. c. I 45, 4 praeruptus locus erat utraque ex parte directus; b. c. III 43, 1

asperi colles — VII 73, 5 paulatim angustiore ad infimum fastigio; b. g. I 1. 5 vergit ad.

4) Abest directo itinere ab Utica paulo amplius passus mille. b) sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus restagnat: quem si qui vitare voluerit, sex milium circuitu in oppidum pervenit — b. c. III 79, 2 directo itinere; V 27, 9 (Sabinus et Cotta) paulo amplius ab iis absit — b) b. g. I 21, 3 eodem itinere condendit; VI 13, 6 si qui non stetit; b. c. I 59, 2 longiore circuitu custodias vitabant.

Relatio Antonii legati b. c. III 23.

1) Libo profectus ab Orico cum classe, cui praeerat, navium L. Brundisium venit insulamque, quae contra portum Brundisinum est, occapavit, b) quod praestare arbitrabatur unum locum, c) qua necessarius nostris erat egressus, d) quam omnia litora ac portus custodia clausos tenere — et VII 54, 1 (Lab.) discit cum omni equitatu Litauicum profectum; b. c. I 56, 4 (Brut.) naves, quibus praeerat . . . ad insulam, quae est contra Massiliam — b) b. c. II 30, 2 (Curio) praestare dicebant . . ., quam; VII 10, 2; c) V 8, 3 qua optimum esse egressum cognoverat — d) b. g. III 14, 1 portus litoraque omnia classibus teneri.

2) Hic repentino adventu naves onerarias quasdam nactus incendit et unam frumento onustam abduxit b) magnumque nostris terrorem iniecit et noctu c) militibus ac sagittariis in terram expositis d) praesidium equitum deiecit et adeo loci opportunitate profecit, ut. . . — b. g. I 13, 2 et VI 31, 1 repentino adventu; b. c. III 8, 3 nactus circiter triginta (sc. naves) incendit (cf. totum locum b. c. III 8); b. c. II 32, 11 naves oneratas abduxerim — b) VII 55, 9 iniciendi timoris causa; — c) b. c. I 31, 3 exponere in terram; b. c. III 8, 1 expositis militibus d) VII 36, 7 deiecto praesidio; b. c. III 75, 5 qui tantum profecerunt ut . . .

Quare cum in omnibus omnium relationum commentariorum partibus idem consilium, eandem cogitandi, eandem scribendi rationem, eundem sonum, eundem stilum esse demonstraverimus,

id recte dici potest, Caesarem in rebus gestis legatorum describendis suo dicendi genere esse usum.

Sed cum hanc quaestionem totam me pertractavisse arbitrarer, facturum operae pretium me esse putabam, si efficere possem, quinam factum esse videretur, ut hanc quaestionem Mengius moveret. cuius rei cum causam quaererem, verissimam inveniebam hance. Caesaris incredibilis illa et prope singularis et divina vis ingenii, qua altius nonnunquam evolat, quam ut nos humi strati, ut ita dicam, suspicere possimus, apparet quoque in eius scriptis. hic novam quandam rationem attulit scribendi et dicendi genus induxit prope singulare [1]), ita ut inter scriptores aeque unicus exsistat atque inter oratores. quod Quintilianum (X 1, 114) optime declarasse puto, cum diceret Caesarem eodem animo, quo bellavisset, dixisse. Mengius vero dulci illa ac nonnunquam decocta Ciceronis dicendi suavitate imbutus maxime abhorrebat a Caesaris gravi, austero vereque Romano dicendi genere. sed cum hanc scriptoris virtutem, quae videbatur ei vitium, illamque commentariorum simplicitatem atque adeo venustatem, quam interpretabatur neglegentiam, Caesaris non esse ratus attribueret legatis, eum dum voluit reddere maiorem, minorem se reddidisse ignorabat.

---

[1]) *Köchly* und *Rüstow*, Einl. zu C. Iulius Comm. über d. g. K. pag. 89: (Caesar) hatte sich bereits auf der soliden Grundlage strenger grammatisch-rhetorischer Studien einen b e s t i m m t e n , i n d i v i d u e l l e n S t y l gebildet.

[redacted]